CONSCIENTIA MEA


FORT
HILL

LURLEY
MANOR

#

Two vols in one.

Title page by R. & J. Longe.

not in Lancaster.

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/titipopmaephrysi00popm

TITI POPMÆ PHRYSII DE OPERIS SERVORVM LIBER.

Editio noviſſima, ab innumeris mendis expurgata, & diverſitate characterum exornata.

AMSTELODAMI
Apud ANDREAM FRISIVM,
M. DC. LXXII.

TITI POPMÆ PHRYSII DE OPERIS SERVORVM LIBER.

OPERÆ *sunt diurnum* [a] *officium*, [b] *quæ in actu consistunt*, & per singulos dies dantur; *nec ante in rerum natura sunt, quam is dies venit, quo præstandæ sunt.* Itaque *si quis* [c] *operas sit stipulatus, ante peractum diem operam ejus diei petere non potest.* Operarum aliæ officiales, quæ in officii præstatione consistunt, & à libertis patronis obsequii ratione præstantur: aliæ, quæ in artificio, artificiales vocantur, veluti fabriles, pictoriæ, & his similes. [d] *Fabriles* autem vel alterius artis *operæ, quæ*

a *Lib.* 1. *ff. de oper. libert.* b *l.* 1. *ff. de oper. servor.* 8. c *leg.* 3. *ff. de oper. libert.* d *Lib.* 6 *ff. de oper. libert.*

quasi in pecuniæ præstatione consistunt, ad hæredem extraneum transeunt, & cuivis voluntate domini præstari a possunt: quæ non debentur nisi ex contractu, & per errorem indebitæ solutæ repetuntur. b *Officiales natura debentur, quas libertus soli patrono debet, & solvit*; nec in alium transeunt, nisi quæ jam defuncto deberi cœperint, veluti indictæ, aut petitæ: & proinde neque juratæ, neque promissæ si solvantur, non repetuntur; sed si in artificio sint, jubente patrono, & aliis edi possunt. Quoties vero de operis servi restituendis agitur, deductis necessariis impensis arbitrio boni viri eas æstimamus. & si ejus ætatis, vel valetudinis servus sit, cujus nullæ operæ apud dominum esse poterant, nulla fiet æstimatio: *affectionis* quoque, *& voluptatis rationem*

a *Lib.* 9 *cod. tit.* b *Lib.* 9. *&* 23. *ff. de oper. libert. leg. si non sortem.* §. *libertus. ff. de condict. indeb.*

nem non haberi [a] Vlpianus existimat, *veluti si dominus dilexerit servum, aut eum in delitiis habuerit:* quæ affectio in sola delectatione domini consistit, nullam habens admixtam utilitatem. Secus est, si cum voluptate, aut delectatione utilitas, & lucrum haberi possit, ut est in citharœdo, in histrione, vel alterius voluptatis artifice. *Servi autem alii publici, alii privati;* quorum varia officia, & ministeria erant. Vnde apud Plautum in Capteiveis, Act. II. Sce. II. *Optumum*, ait, *atque æquissimum oras, optimusque hominum es homo: Sed is privatam illic servitutem servit, an publicam?* HEG. *Privatam medici Menarchi.*

PVBLICI servi dicebantur, qui officium, & ministerium publicum sacerdotibus, aut magistratibus, & populo exhibebant. De quibus Livius lib. XXVI: *Scipio victa Carthagine nova opifices ad duo millia*

a *L. 6. ff. de oper. servor.*

hominum publicos fore populi Romani edixit, cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixe operam navassent. Habebant enim oppida, municipia, societates, & fana servos publicos, quos etiam manumittebant, impositis à se nominibus. De servo publico civitatum [a] Plinius epistola ad Trajanum: *Vtrum*, inquit, *per publicos civitatum servos, quod usque adhuc factum, an per milites adservare custodias debeam.* Adhæc Trajanus: *Perseveremus in ea consuetudine quæ isti provinciæ est, ut per publicos servos custodiantur.* De municipali idem lib. VII. Epist. *Agrum ex meis longe pluris actori publico mancipavi.* Et Festus: *Municeps qui in municipio à servitute liberatus.* Hi ut in municipiis & civitatibus, sic & in urbe Roma duplicem usum præstabant, & ad judicia, resque forenses, & ad sacra. de quibus Livius lib. IX. *Potitia gens*, inquit; *cujus*

a *Lib.* 10. *Epist.* 20.

cujus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, servos publicos ministerii delegandi causa solemnia ejus sacri docuerat. Tacitus lib. XVII: *Piso in ædem Vestæ pervasit, exceptusque misericordia publici servi, & contubernio ejus abditus, non religione, nec ceremoniis, sed latebra imminens exitium differebat.* Qui omnibus magistratibus apparuerunt, ut Censoribus, de quibus Livius: *Censores, signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, & dimissis servis publicis negaverunt se quidquam publici negotii gesturos.* Ædilibus, de quibus Varro: *Ædiles stipati servis publicis non modo prahendi non possunt, sed & ultro summovent populum.* Quæstoribus, quos idem Varro tradit *neque lictorem habuisse, neque viatorem.* nam & publico ministerio populi Romani fuere lictores, viatores, apparitores, Brutiani, & scribæ. Cicero Philipp. XIII: *Quos Antonius*, inquit, *deliciarum causa loris in convi-*

vio cædi jubebat à servis publicis. Velleius Paterculus lib. II. *Injecto in collum loro in carcerem Minturnensium jussu duumviri productus est; ad quem interficiendum missus cum gladio, servus publicus natione Germanus.* Et Valerius Maximus eadem de re lib. II. cap. V: *Missus enim ad eum occidendum in privata domo Minturnis clausum, servus publicus natione Cimber, & senem & inermem, & squalore obsitum.* Servos tamen publicos alios fuisse à lictoribus ostendit Senatus-consultum vetus, quod Frontinus in libro de aquæ ductibus refert:

PLACERE SENATVI, EOS QVI AQVIS PVBLICIS PRÆESSENT, CVM EIVS REI CAVSA EXTRA VRBEM ESSENT, LICTORES BINOS, ET SERVOS PVBLICOS TERNOS, ARCHITECTOS SINGVLOS, ET SCRIBAS, ET LIBRARIOS, ACCENSOS, PRÆCONESQVE TOTIDEM HABERE QVOT HABENT II, PER QVOS FRVMENTVM PLEBEI DATVR.

Vsus

Vſus autem ſcribarum fuit, ut in tabulas actiones referrent; accenſorum, ut citarent, & horam eſſe tertiam, aut meridiem admonerent; lictorum, ut coërcerent, aut ſummoverent. Quibus annua quædam ad victum & veſtem reſpublica præſtabat. Plinius lib. x. Epiſt. *In plerisque civitatibus, maxime Nicomediæ & Niceæ, quidam vel in opus damnati, vel in ludum, ſimiliaque his genere pœnarum publicorum ſervorum officio, miniſterioque funguntur, atque etiam ut publici ſervi annua accipiunt.* Erant autem ordinis libertini, quod præter [b] Varronem Tacitus lib. XIII. refert: *Quippe late fuſum id corpus: hinc plerumque tribus, decurias, miniſteria magiſtratibus, & ſacerdotibus; cohortes etiam in urbe conſcriptas.* Itaque liberati ſervitute, manuque miſſi jam erant, antequam apparebant, & ſerviebant magiſtratibus;

a *Carolus Sigonius de Prætoribus Lib.* 1. *cap.* 7.
b *Lib.* 7. *de ling. lat. ad finem.* c *Cap.* 27.

manumissi vero adsumebant nomina dominorum, à quibus erant liberati, & in eorum nomina quasi succedebant. Hi, ut commodius distingui possent, à provinciis, unde adducti, appellabantur, ut *Brutiani*, *Cyprii*; vel à personis, qui vicerant, quive adduxerant, ut *Corneliani*, *Porciani*. Brutiani autem dicti, quod ex Brutiis essent, qui etsi liberi, magistratibus tamen in provincias euntibus parebant, & præministrabant servorum vice, illosque sequebantur. Apud prætorem vero pro pupillo, si pupillus absens sit, vel fari non possit, servus publicus stipulabatur. [a] Vlpianus: *Si pupillus absens sit, vel fari non possit, servus ejus stipulabatur; si servum non habeat, servus ei emendus est; sed si non sit unde ematur, aut non sit expedita emptio: profecto dicemus servum publicum apud Prætorem stipulari debere.* Et servus publicus populi Romani quamvis ipse

a *Lib. 2. ff. rem. pupil. sal. fore.*

ipſe non civis Romanus, ſed tantum liber eſſet, olim pro parte bonorum dimidia teſtamenti factionem [a] habebat. Servi publici quoque obligationes rebuspublicis [b] acquirebant; & [c] tabulariam olim administrabant. Quod ab [d] Arcadio, Honorio, & Theodoſio poſtea prohibitum fuit.

PRIVATI ſervi, qui uſus ſui cauſa à domino parati, & ad ejus corpus tuendum, atque ipſius cultum deſtinati erant: quo in genere urbanorum & ruſticorum familiæ, quæ non loco, ſed genere diſtinguuntur. [e] Pomponius lib. VI. ad Sabinum: *Vrbana familia, & ruſtica non loco, ſed genere diſtinguitur. Poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe urbanorum ſervorum numero, velutiis, qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet, ibique habitat, & non multum abeſt à*

a *Petrus faber lib.* II. *ſemeſt. cap.* 24. b *Leg.* II. *ff. de uſuris.* c *leg.* 18. *ff. de adopt. leg.* 2. *Cod. eod. leg. ult. Cod. de ſervis Reipub.* d *leg.* 3. *Cod. de tabellariis.* e *leg.* 166. *ff. de verb. ſignif.*

villico. Et [a] Marcianus: *Is qui natus est ex mancipiis urbanis, & missus est in villam nutriendus, in urbanis servis constituerunt. Vrbani intelligendi sunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare solitus sit, quod maxime ex libellis familiæ, item cibariis deprehendi poterit*, id est diariis, & demensis. Servi enim ex demenso vivebant, ut postea dicemus. Horatius libro 1. Epistola XIV.

Cum servis urbana diaria rodere mavis.

[c] Alfenus: *Servis, & ancillis urbanis legatis eos solos in eo numero haberi, quos paterfamilias circum se ipse sui cultus causa haberet.* Cicero in Epist. ad Terentiam: *Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit.* Familiam vero quindecim servi conficiunt. Apuleius Apolog. 1. *Quindecim liberi homines popu-*

a *L. servis Urbanis. ff. de legat. 3. Leg. cum quæreretur, de leg. 3.* b *L. 99. ff. de leg. 3.* c *Leg. 60. §. 1. ff. de leg. 3.*

populus est, totidem servi familia, totidem vincti ergastulum Plinius libro XXXIII. cap. 1. Natural. Hist. tradit priscos Romanos singulis servis contentos fuisse: *Singuli*, inquit, *Marcipores, Luciporesve dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant:* qui Marcipores, quasi Marci pueri vocabantur: quod in numerosa familia postea fieri non potuit Quintilianus lib. primo Orat. Instit. *In servis jam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino, unde Marcipores, Publiporesque.* A diversis autem operis, & ministeriis diversa olim fuit servorum ejusdem familiæ conditio, & ut [a] poëta ait:

——— *discrimina quædam*
Sunt famulis splendorque suus. ———

aut enim [b] ordinarii erant, aut [c] Vicarii, vel [d] Mediastini, & [e] quales quales.

ORDINARII qui aliis servis

a *Claudianus lib. 1. in Eutrop.* b *Leg. 17. 18. 19. ff. de peculio.* c *leg. 5. §. 1. ff. de tribut. act.* d *L. 15. §. 44. ff. de injuriis.* e *leg. citata.*

præpoſiti ſunt, & certum aliquod miniſterium, officiumve in familia exercent. Theophilus ordinarium ſervum τὸν πρῶτον οἰκέτλω appellat; τὸν δὲ τῦ οἰκέτυ οἰκέτλω, vicarium.

Vicarius enim eſt ſervus ſervi majoris in familia. *Mediaſtini*, qui nulli certo miniſterio deſerviunt, & locum penè infimum ſervitutis tenent; quos *ſordidioris operæ* Seneca vocat. *Quales quales*, &, *compediti* infimæ & miſerrimæ conditionis inter ſervos erant, qui nervo & compedibus vincti, villarum ac poſſeſſionum ergaſtulis continebantur. Ad hanc ſervorum differentiam reſpexit in Paradoxis Cicero: *Atque ut in magna ſtultorum familia*, inquit, *ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur ſervi, ſed tamen ſervi, atrienſes ac topiarii: pari ſtultitia ſunt, quos ſigna, quos tabulæ, quos cælatum aurum, quos Corinthia opera, quos ædificia magnifica animio opere delectant.* At ſumus, *inquiunt*, principes civitatis. *Vos vero*

vero ne conservorum quidem vestrorum principes estis: sed ut in familia, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent: sic in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius civitatis locum penè infimum obtinent. Et Aristoteles lib. 1. Politicorum: τὰ μὲν ἐντιμότερα ἔργα, τὰ δ' ἀναγκαιότερα, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, δῆλῳ πρὸ δῆλυ, δεσπότης πρὸ δεσπότου: id est, *quædam ministeria honoratiora, quædam autem magis necessaria: & juxta proverbium, Heroque herus, servoque servus est prior.* [a] Vlpianus etiam tres vilus est servorum differentias posuisse, cum ait: *Etenim multum interest, qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator; an vero vulgaris, vel mediastinus, an qualis, qualis;* sic quidem ut alios contenderit ordinarios esse, alios vulgares, vel mediastinos, alios quales quales.

Idem

a *Leg.* 27. § 44. *ff. de injuriis.*

[a] Idem lib. XVIII. ad Sabinum: *Sufficienter autem alere & vestire debet, secundum ordinem & dignitatem mancipiorum.* Ex ordinariis autem servis alii actores [b] dicebantur, alii procuratores, dispensatores, nutricii, silentiarii, cubicularii, villici, atrienses, & triumphales; id quod ex Salviano perspicuum, qui libro IV. de providentia Dei sic de ordinariis, & vicariis servis scribit: *Ad fugam servos non miseriæ tantum, sed supplicia compellunt. Pavent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores: prope ut inter istos omnes nullorum minus servi sint, quam dominorum suorum: ab omnibus cæduntur, ab omnibus conteruntur. Quid amplius dici potest? Multi servorum ad dominos fugiunt, dum conservos timent. Vnde illorum fugam non tam ad eos debemus referri qui fugiunt, quam ad*

eos

a *Leg.* 15. §. 2. *ff. de usufruct. & quemad.*
b *Vide Iacobum Ravardum lib.* 5. *cap.* 20. *Variorum.*

eos qui fugere compellunt. Vim patiuntur infelicissimi; famulari optant, & fugere coguntur : discedere à servitio dominorum suorum omnino nolunt; & conservorum suorum crudelitate non permittuntur, ut serviant. Mendaces quoque esse dicuntur; ad mendacium nihilominus atrocitate præsentis supplicii coarctantur. Siquidem dum tormentis se volunt eximere, mentiuntur. Quid autem mirum, si positus in metu servus, mentiri mavult, quam flagellari? Hæc Salvianus. De quibus omnibus ordine deinceps dicendum. Ac primum quidem.

ACTORES servi, quibus rerum omnium summa commissa; quique villicis rebus, & rationibus domesticis præpositi, honestissimo præ servis reliquis loco, & gradu fuerunt. Hi, interdum absolute *actores* appellantur, interdum *actores rerum, actores bonorum, actores prædiorum, fundorumque.* de quibus Columella

lib. 1.

lib. I. cap. VII. de re ruſtica: *Ita fit, ut & actor, & familia peccent.* Et cap. VIII: *Idemque actori præcipiendum eſt, ne convictum cum domeſtico, multoque minus cum externo habeat.* Plinius Epiſt. ad Calviſium lib. III. epiſt. XIX. & multa in libris noſtris mentio. eadem ratione *actorem ſummarum* eum vocat Suetonius, qui rationibus dispungendis præerat, easque obſervabat. De ſervo actore Plautus in Aſinaria: act. II. ſc. IV.

Nam ſi ſciet noſter ſenex fidem non eſſe huic habitam,
Succenſeat, quoi omnium rerum ipſus ſummam credidit.

Irenæus adverſus hæreſes libro IV: *Quis igitur erit fidelis actor bonus, & ſapiens, quem præponet dominus ſupra familiam ad danda eis cibaria in tempore.* Et Apuleius de aſino aureo lib. VIII: *Servus quidam*, ait, *cui cunctam familiæ tutelam dominus permiſerat*

miserat suus, quique possessionem maximam, illam in quam deverteramus, villicabat, habens ex eodem famulitio conservam conjugem, liberæ cujusdam extraneæque mulieris flagrabat cupidine. Salvianus lib. IV. de Providentia divina: *Pavent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores; prope ut inter istos omnes nullorum minus servi sint, quam dominorum suorum.* Ab actore differt procurator, differt etiam dispensator.

* PROCVRATOR servus, *qui mandato domini negotia ejus administrat*, cui supellectilem & cellaria credi consuevisse, auctor est idem Salvianus de providentia Dei lib. III. *Sicut servi hominum divitum aut procuratores, quibus vel suppellectilis copiosa, vel cellaria opulenta creduntur, fideles absque dubio dici non queunt, si res traditas devorarent; sic profecto etiam Christiani homines fideles non sunt, si bona sibi à Deo assignata corrumperent.*

* *Leg. 25. §. 3. ff. de ædilit. edict.*

perent. Moris autem Romani, ut domi ſuppellex, penusque omnis annulo ſignaretur; ne quid negligentia, vel furto periret. Hinc apud Plautum materfamilias:

Obſignate cellas, referte annulum ad me,
Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam.

Et alibi ſervus:

Iſti parcipromi qui ſalinum ſervis obſignant cum ſale. Q. Cicero lib. XVI. Epiſt. ad Tironem: *Plane te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ.* Plinius lib. XXXIII. cap. I. Natural. Hiſt. *At nunc cibi quoque & potus annulo vindicantur à rapina.* Plautus peni procuratorem inter lautiores ſervos connumerat, Pſeudolo, Act. II. Sce. II.

—— Ha. *Quid iſtud verbi eſt?*
Pſeu. *Condus, promus, procurator peni.*

Vlpia-

[a] Vlpianus : *Senatus censuit, ne fugitivi admittantur in saltus, neque protegantur à villicis, vel procuratoribus possessorum.*

CELLARIVS servus est, qui ideo præpositus est cellæ, ut res & rationes salvæ sint. Vlpianus lib.xx. ad Sabinum : *Cellarium quoque, id est, ideo præpositum, ut rationes salvæ sint, item ostiarium, mulionemque instrumenti esse constat.* Cella autem sive cellarium à reponendis, cælandisque rebus esculentis, & potulentis dicitur, ut tradit Donatus ad Terentium.

DISPENSATOR servus, qui familiæ rationes dispensat, & peculii administrationem habet. Cicero apud Nonium in verbo Æra : *Quid tu, inquam, soles, cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam quæ ex his confecta sit, non probare?* Quintilianus lib.VI. cap. IV. *Di-*

a *L. 1. in princ. ff. de servis fugit.* b *Leg. 12. §. 9. ff. de instr. vel instr. leg.*

Dispensatori, qui cum ad reliqua non responderet, dicebat subinde. Non comedi. Idem Declamatione 353. *Dispensatorem supra rationes positum esse* ait. Juvenalis Sat. I. XCI.

Prælia quanta illic dispensatore videbis
Armigero?

Et Martialis lib. VI. LXXIII.

Dispensatoris nobile cernis opus.

[a] Paulus lib. IX. ad Edictum: *Dispensatori, qui ignorante debitore remotus est ab actu, recte solvitur, ex voluntate enim domini ei solvitur: quam qui nescit mutatam, qui solvit, liberatur.* [b] Idem lib. VIII. ad Plautium: *Dispensatorem meum testamento liberum esse jussi, & peculium ei legavi. is post mortem meam à debitoribus pecunias exegit. an hæres meus retinere ex peculio ejus quod exegit, possit, quæritur.*

a *Leg.* 51. *ff. de solut.* b *Leg.* 62. *ff. eod.*

tur. [a] Pomponius: *Idem urbanis servis tibi legatis, si mihi dispensator legatus sit.* Dispensatoris vero officium erat, servis reliquis usitata quædam per canonem certum stipendia, certosque frumenti modios in mensem præstare. Ex quo illud Terentii in Phormione:

Quod ille unciatim vix demenso suo
Suum defraudans genium comparsit miser.
Id illa universum abripiet.

At quaternos frumenti modios servi quolibet mense à dominis suis accipiebant; & id *Demensum* dicebatur, verum à *dimetiendo*, non à *mense*: quamvis Donatus demensum à mense, an à metiendo appellatum sit, incertum esse scribit, non recte. Veteris certe hujus moris in [b] Plauto sunt non obscura quoque vestigia, qui sic Antiphonem servos suos allo-

quen-

a *Leg.* 1. *ff. de auro. & arg. leg.* b *In Sticho. act.* 1. *sc.* 2.

quentem introducit: *Vos meminiſtis quot Calendis petere demenſum cibum; Qui minus meminiſtis, quod opus ſit facto, facere in ædibus.* Vbi, *quot Calendis*, pro *quot menſibus* poſitum, id eſt, in menſes ſingulos meminiſtis petere demenſum cibum, quem diaria appellarunt. Martialis:

Sed Lupus uſuram, puerique diaria poſcunt.

Seneca lib. IX. Controverſiar. *Cum introductus eſſet è carcere in Senatum, poſtulaturus ut diaria acciperet.* Juſta Columella vocat: *Diligenter*, inquit, *dominus, cum & ab ipſis tum & abſolutis, quibus major eſt fides, quærat, an ex ſua conſtitutione juſta percipiant: atque ipſe panis, potionisque bonitatem guſtu exploret.* Canonem Salvianus de providentia Dei lib. IV. *Ac primum ſervi, ſi fures ſunt, ad furandum egeſtate coguntur; quia etiamſi iis ſtipendia uſitata præſtentur, conſuetudini hæc magis quam ſufficientiæ*

tia ſatisfaciunt, & ita implent canonem, *ut non expleant ſatietatem.* Nam ſervorum victus conſtabat pane tantum, aqua, ſale, & aceto. [a] Horatius ad demenſum ſervorum eleganter & feſtive ſic alludit:

Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hinc capiet venter plus, quam meus, ut ſi
Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quam
Qui nil portarit.

Nam qui viaticum inter venalitios ſervos portabant, ideo non plus in alimentum accipiebant quam cæteri; quia ſervi ex demenſo vivebant, & demenſum illud ſingulis æquales portiones tribuebat. Per diſpenſatores etiam olim nomina faciebant.

a *Libro Serm. Satyr.* 1.

Quintilianus Declamatio. 345. *Satis sit vobis, ô divites, hoc vestras præstare fortunas, quod per dispensatores fœneratis.* Itaque Theophilus Dispensatorem definit διπέτλω ὃς ἐίωθεν ἐνδανείζειν τὰ δισωτικὰ χρήματα. Dispensatores vero, qui pecuniarum administrationem habebant, ab antiquo pecuniæ appendendæ more [a] dicti, ut Varro, Sex. Pompeius & Isidorus tradunt. Et qui principum pecunias curant, thesaurorumque administrationem habent, in constitutionibus dispensatores [b] vocantur: qua in re servorum quoque ministerio Imperatores usi sunt. De Cæsare Macrobius libro II. Saturn. cap. III. *Secuto omnium risu Dispensatorem Cæsar vocavit, & centum sestertia Græculo numerari jussit.* Suetonius in Augusto, cap. LXVII. *Diomedem dispensatorem, à quo simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum objectus*

a *In s. recte. Institut. mandat.* b *Leg. 1. cod. si adversus fisc. l. 4. c. de fide instru.*

objectus est, maluit timiditatis arguere, quam noxæ. Nerone : *Mox tribus urbanas ad sacramentum citavit, ac nullo idoneo respondente, certum dominis servorum numerum indixit : nec nisi ex tota cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit.* Et Vespasiano : *Admonente dispensatore quemadmodum summam rationibus vellet inferri.* Plinius lib. VII. cap. XXXIX. à Nerone *dispensatorem* HS. CXX. M. *manumissum* refert. Idem lib. XXXIII. cap. XI. *Servus Claudii Drusillanus, nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris, quingenariam lancem habuit.* Tacitus in Galbæ historia : *Corpus, dispensator Argius è primoribus servis, humili sepultura in privatis ejus hortis contexit.*

NEGOTIATORES servi, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi.

[a] Marcianus : *Legatis ſervis, exceptis negotiatoribus; Labeo ſcripſit, eos legato exceptos videri, qui præpoſiti eſſent negotii exercendi cauſa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpoſiti eſſent.*

CONTVRBATORES ſervi veteribus dicebantur, qui domini pecuniam invertunt, & partem ſibi ſervant. Hinc [b] Vlpianus : *Si quis piſtor*, ait, *ſervum ſuum ſolitus fuit ad certum locum mittere ad panem vendendum, deinde conturbaverit.* Et illud Martialis lib VII. Epigram. XXVI.

Conturbator aper, vilius eſurio.

Nam qui non ſunt ſolvendo, neque ſe extricare nominibus poſſunt, & ære alieno, illi *conturbant.* Conturbare etiam pro *decoquere* Jure-conſulti accipiunt. Martialis lib. IX. Epigram. IV.

Con-

a *Leg.* 65. *ff. de leg.* 3. b *Leg.* 5. §. *idem Labeo ff. de inſtit. act. & Leg.* 16. *ff. de in rem verſo.*

Conturbabit Atlas, & non erit unica tota.

Decîdat tecum qua pater ipſe Deûm.

NVTRICII ſervi, qui Cæſares, vel patriciorum & equitum pueros à juventute educabant, & inſtruebant; qui & *educatores*, & *pædagogi* dicebantur. Cæſar libro primo Civilis belli: *Interim diſſenſione orta inter Achillam, qui veterano exercitui præerat, & Arſinoën regis Ptolomæi minorem filiam, cum uterque utrique inſidiaretur, & ſummam imperii ipſe obtinere vellet, præoccupat Arſinoë per Ganymedem eunuchum nutricium ſuum, atque Achillam interficit.* Idem libro III. belli Civilis: *Nutricius ejus pueri eunuchus.* Et Herodianus ſub finem lib. III. hiſtoriæ Auguſtæ: *Nam & medicos ſupplicio affecit, quod ſibi parum obtemperaverant, jubenti ſenis maturare necem, nutriciosque ſuos juxta & fratres, quod de reconciliandis egiſſent, ne*

uno quidem reliquo ſuæ crudelitati facto, ex eo ordine hominum, qui in honore aliquo fuerant, quique ipſius parentem obſervaverant. [a] Scævola: *Prædia maritima cum ſervis, qui ibi erunt, & reliquis colonorum, nutritori ſuo legavit.* Tacitus lib. XIII. *Nam ut proximus quisque Britannico neque fas, neque fidem penſi haberet, olim proviſum erat. Primum venenum ab ipſis educatoribus accepit, transmiſitque exoluta alvo parum validum, ſive temperamentum inerat, ne ſtatim ſæviret.* Capitolinus in Pio: *Inter argumenta pietatis ejus & hoc habetur, quod cum Marcus mortuum educatorem ſuum fleret, vocareturque ab aulicis miniſtris ab oſtentatione pietatis, ipſe dixerit: Permitte, inquit, illi ut homo ſit: neque enim vel philoſophia, vel imperium tollit affectus.* Apuleius lib. X: *Ad quendam compertæ gravitatis educatorem ſuum protinus refert.* Et Juſtinianus Imperator: *Veluti ſi quis*

a *Leg. 27. ff. de inſtr. vel inſtrum. legat.*

quis patrem, aut matrem, filium, filiamve, aut fratres, sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat.

MEDICOS servos sanitatis causa etiam ditiores Romani habuerunt, qui artem medendi norant. [a] Scævola: *Lucius Titius ita testamento cavit: Medicos tibi commendo illum, & illum. in tuo judicio erit, ut habeas bonos libertos, & medicos. quod si ego libertatem eis dedissem; veritus sum, quod sorori meæ charissimæ fecerunt medici servi ejus manumissi ab ea: qui salario expleto reliquerunt eam.* Plautus in Aulularia:

Nummo sum conductus, plus jam
medico mercede opus est.

SILENTIARII servi, ut Seneca quadam epistola refert, *qui in familia cæterorum servorum murmur cohibebant.* De quibus Salvianus lib. IV. de providentia Dei: *Pa-*

a *Leg.* 41. §. 6. *ff. de fideicom. libertat.*

vent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores. Silentiariorum, qui murmur voce compescunt, schola erat in aula Constantinopolitana, ut ex Nicephoro lib. XVI. cap. XXIV. perspicuum. Procopius lib. II. de bello Persico testatur hos in palatio imperatoris fuisse ad ea quæ sunt quietis ministros; etenim *Adolium* scribit *Acatii filium genere Armenium, in palatio Imperatoris fuisse ad ea quæ sunt quietis, ministrum: Quod*, inquit, *munus, Romani silentiarium vocant: & quia principis arcanorum essent conscii*, sunt qui *Auricularios* item vocent. De his silentiariis sacri palatii viris spectabilibus Justinianus C. tit. de Silentiariis: *Viros clarissimos sacri nostri palatii silentiarios circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus.* Et D. Ambrosius in oratione de morte Valentin.: *Vesperi profectus est silentiarius, tertio die mane quærebat, jam ne remorasset.*

CVR-

CVBICVLARIVS servus, qui cubiculum domini observabat. Quintilianus: *Servum Tarsi cubicularium ejus, qui occisus est.* Apuleius lib. x. de asino: *Confestim cubiculariis mulieris attractis ut tormentorum, veritatem eruit.* Et [a] Marcianus: *Cubicularios autem, vel obsonatores, vel eos qui piscatoribus præpositi sunt, non videri negotiationis appellatione contineri.* [b] Alphenus hos numerat inter eos *quos usus sui causa paterfamilias habet.* Cicero V. in Verrem: *Hunc vestri janitores, hunc cubiculariі diligunt.* Suetonius in Domitiano cap. XVII: *Et Saturius decurio cubiculariorum. Præpositum etiam cubiculo* [c] legimus apud Suetonium in Domitiano, & [d] Tiberio.

VILLICVS servus, qui præpositus est rationibus rusticis, fructibus

a *Leg.* 65. *ff. de legat.* 3. *lib.* 14. *S. si patris. de lon. libert.* b *Leg.* 203. *in fine ff. de verb. signif.* c *cap.* XVI. d *cap.* XXI.

percipiendis, universoque operi rustico. Varro lib. 1. de re Rust. *Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus à villa, quod ab eo in eam convehuntur fructus, & evehuntur, cum veneunt.* [a] Vlpianus: *Homines qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpositive sunt his: quorum in numero sunt villici:* itaque Plautus villicum inter lautiores servos connumerat, Casina, Act. II. Sc. ult.

——— *hinc illud est quod hic*
Olimpionem fecit istum, villicum.

Horatius lib. 1. Epist. XIV.

Villice sylvarum, & mihi me reddentis agelli.

Meminere ejusdem Scævola, Papinianus, [b] alii. Columella lib. 11. *Villicus semper caveat, ne improvidus ab opere vincatur, res est agrestis, insidiosa*

a *Leg.* 8. *ff. de instr. vel instrum. leg.* b *Leg.* 16. *ff. de instit. act. l.* 8, *de instr. leg. l.* 203. *de verb. signific.*

dioſa cunctanti. Sed poëtæ Villici appellationem ad præfectos quoslibet transferunt, [a] Juvenalis ad præfectum Vrbi, de Pegaſo jurisconſulto ſcribens:

Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus Vrbi.

Inſcriptio Patavina ad præfectum ærarii:

Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli.

Villica autem uxor villici. Martialis lib. I.

Pinguis inæquales onerat cui villica menſas.

Juvenalis Sat. II:

Aſperagi, poſito quos legit villica fuſo.

FABER ſervus, qui villæ refi-

a *Satyra IV.*

ciendæ causa paratus est. [a] Vlpianus: *Item fabrum, qui villæ reficiendæ causa paratus sit.* Cicero pro Plancio: *Si pro fabro, aut textore emimus.*

[b] ATRIENSES servi, qui atrium observant, & custodiunt, ne quid ex imaginibus, stemmatibus, ac cæteris quæ in atrio reponi solent, deperiret; & qui supellectilem ædium, aut villæ exponunt, simulque atrium omni ex parte mundum, & nitidum ut sit, procurant. Columella lib. XII. cap. III. *Tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant, & ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur.* Itaque hos [c] Cicero & Plautus inter lautiores servos connumerant. Pseudolo, Act. II. Scen. II.

Quid istuc verbi est? PS. *condus, promus sum procurator peni.*

HA.

a *Leg.* 12. §. 5. *ff. de instr. vel instrum. legat.* b *Varro lib.* 7. *de ling. Lat. Plinius lib.* 35. *nat. hist. cap.* 2. *Vitruvius lib.* 6. *cap* 4. *ubi de atriis.* c. *Parad.*

H A. *Quasi te dicas atriensem.*
P S. *Imo atriensi ego impero.*

Et Asinaria, Actu II. Sce. II.

Extemplo facio facetum me, Atque magnificum virum,
Dico me esse atriensem.

Ad hos respexit Virgilius:

Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria. ——

Nam ut ait Cato, *& in atrio, & duobus ferculis epulabantur antiqui.* Vnde Juvenalis Sat. I.

—— *quis fercula septem*
Secreto cœnavit avus? ——

Vbi etiam pecunias, & cætera pretiosiora habebant Romani; unde qui honoratiores erant, liminum custodes adhibebant. Hinc *servus ad limina* dictus pro atriensi apud Apuleium in secundo de asino:

& apud Virgilium libro IX. Æneidos:

——— *hic Dardanio Anchiſæ*
Armiger ante fuit, fidusque ad limina cuſtos.

Meminit hujus generis ſervorum Cicero in Piſonem: *Servi ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes, idem coquus, idem atrienſis.* Atrienſes autem non Vrbe tantum, ſed ſi villa cultior, etiam in villis erant. Vnde [a] Vlpianus ait, *fundo inſtructo legato, non modo inſtrumenta fundi, ſed ſi villa cultior eſt, etiam atrienſes accedere legato.* Hi & [b] Atriarii dicti; quos tamen alios eſſe ab atrienſibus cum doctiſſimo Petro [c] Fabro crediderim: illos honeſtioris conditionis, hos minus honeſtos, veluti quosdam illorum vicarios, qui ad atrium tanquam ad oſtium ejus obſervandi gratia

a *Leg.* 8. *ff. de inſtr. leg. l.* 15. §. 1. *ff. uſufr. l.* 203. *de verb. ſignif.* b *Leg.* 1. §. *caupones. ff. naut. caup. ſtab.* c *Lib.* 2. *Semeſt. cap.* 12.

tia ſtarent, qui id tergerent, qui verrerent, qui ſpargerent.

TRIVMPHALIS ſervus, qui triumphantis aureum currum ſequebatur. Pollio in Claudio Cæſare: *Factus*, inquit, *miles barbarus, & colonus ex Gotho: nec ulla fuit regio, quæ Gothum ſervum triumphalem quodam ſervitio non haberet.* Meminere hujus Appianus Alexandrinus in Libyco, & Plutarchus in Æmilio: *Et ſervus triumphalis, qui in curru eodem ſupra triumphantis verticem coronam ex auro tenebat à tergo, cui annulus in digito ferreus erat.* Plinius lib. XXXIII. cap. I. *Et cum corona ex auro Hetruſca ſuſtineretur à tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, æque triumphantis, & ſervi fortaſſe coronam ſuſtinentis.* Zonaras refert *publicum miniſtrum in eodem curru coronam auream ſuſtinuiſſe à tergo ſupra triumphantis verticem, & dixiſſe ſubinde: Reſpice futura, & hominem te eſſe cogita.* Atque hæc de ſervis ordinariis.

VICA-

VICARIVS est servus servi majoris in familia, qui nimirum servit servo ordinario. Auctor est enim [a] Vlpianus ordinarios servos sub se vicarios habuisse, iisque velut dominos sic imperasse, ut vicarii essent cum suis peculiis in peculio ordinariorum: *Si servus meus*, inquit, *ordinarius vicarios habeat; id quod vicarii mihi debent, an deducam ex peculio servi ordinarii? & Proculus, & Attilicinus existimant, sicut ipsi vicarii sunt in peculio, ita & peculia eorum. Et id quidem quod mihi dominus eorum, id est, ordinarius servus debet, etiam ex peculio eorum detrahetur: id vero quod ipsi vicarii debent, duntaxat ex ipsorum peculio.* Inde vicarios servos, *peculiares* nuncupatos esse idem [b] Vlpianus refert: *Miles*, inquit, *manumittendo servum peculiarem suum facit libertum, & ad legitimam hæreditatem ejus admittetur.* Et

a *Lib. 17. ff. de peculio.* b *Leg. 3. §. miles. ff. de suis & legit.*

Et [a] Scævola: *Si Sticho manumisso peculium legatum sit, & Titio servus peculiaris: quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantum ei accedere, cui vicarius legatus est, Iulianus ait.* Suetonius Julium Cæsarem tradit *servos peculiares præposuisse monetæ, publicisque vectigalibus:* qua re multorum offensionem Cæsar contraxit, quod monetæ, cui triumviri monetales præerant, & vectigalibus servos suos præfecerat: ubi peculiares servos, ut [b] Turnebus ait, servos Cæsaris proprios intelligit; quomodo & Plautus in prologo Capteivor.: *Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo peculiarem.* Apud [c] Vlpianum vero *Pomponius scribit eum qui in servitute peculiaria mancipia prostituta habuit, infamia notari post libertatem:* dubium enim non est, quin de servis ordinariis vicaria mancipia sua pro-

a *Leg.* 21. *ff. peculo.* b *Lib.* 11. *Adversar. cap.* 27. b *Leg.* 4. *s.* 3. *ff. de his qui not. infam.*

proſtituentibus, ſenſerit hoc in loco Pomponius. Eadem ratione & vicariorum vicarii erant: nam ut [a] Vlpianus ait, *ſi ſervus, & vicarius ejus liberi eſſe juſſi ſunt, eisque peculia ſua legata ſint; verba ſecundum voluntatem teſtatoris exaudienda, tanquam de duobus ſeparatisque peculiis teſtatore locuto: & ſecundum hæc vicarius vicarii non communicabitur, niſi hæc mens fuit teſtantis.* Et [b] Celſus: *Si ſervus liber eſſe juſſus ſit, eique peculium legatum ſit; vicariorum ejus vicarii legato continentur.* Atque hoc eſt, quod Horatius ait: Serm. lib. II.

Sive vicarius eſt, qui ſervo paret, uti mos
Veſter, ait, ſeu conſervus: ——

Et Martialis Epigrammatum ſecundo:

Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe:

Qui

a *Leg. 6. §. 3. ff. de pecul. legat.* b *Leg. 25. ff. de pecul. legat.*

Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

[a] *Peculiatus* autem *servus* dicitur, qui [a] peculio est instructus, ut & apud Apuleium *peculiatus libertus*, cui contrarius *expeculiatus* apud Plautum. Porro inter vulgares, sive vicarios servos lecticarii, capsarii, librarii, anteambulones, cursores, topiarii, viridarii, pastores, saltuarii, diætarii, aquarii, obsonatores, structores, vocatores, pistores, & coci numerandi sunt.

LECTICARII servi, qui lecticam humeris subeuntes portabant, quæ *hexaphoros* dicebatur, cum à sex servis ferebatur. Martial. lib. II. in Zoïlum Epigram. LXXXI.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit:
Dum tamen hæc tua sit, Zoïle, sandapila.

Idem

a *Leg.* 13. §. 4. *ff. de act. empt.*

Idem lib. VI. Epigr. LXXVII.

Invidiosa tibi quam sit lectica requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Vnde Juvenalis:

——— *cum jam sexta cervice feratur.*

Cum ab octo, *octophoros*: illa viris & fœminis communis; hæc fœminis & ægrotis magis in usu. Suetonius Caligula: *Iter confecit modo festinanter, & rapide: interdum adeo segniter, & delicate, ut octophoro veheretur.* Martialis lib. VI:

Octophoro sanus portatur, Avite, Philippus:
Hunc tu si sanum credis, Avite, furis.

Idem Epigr. II.

Octo Syris suffulta datur lectica puellæ.

Apu-

Apuleius in Apologia II: *Vectabatur octophoro.* Lecticariorum meminere [a] Pomponius, [b] Scævola, [c] Vlpianus, alii: *Legato continentur mancipia, puta lecticarii, qui solam matrem familias portabant.* Servius Sulpitius ad Ciceronem: *Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram meisque lecticariis in urbem eum referre.* Seneca lib. IV. Ep. XXIX. *Non turba servorum lecticam tuam per itinera urbana, ac peregrina portantium.* Suetonius in Othone: *Muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus lecticariis cum descendisset, cursumque cepisset, laxato calceo restitit.* Idem Caligula cap. LVIII. *Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accurrerunt.* Tacitus cum Galbæ Cæsaris necem describit: *Omnes*, ait, *diffugerant, præter unum centurionem, nomine Sempronium, qui nullo privatim bene-*

a *Leg.* 8. § 2. *ff. de leg.* 3. *leg.* 65. *ff. de leg.* 2.
b *Leg.* 13. *ff. de auro & arg. leg.* c *leg.* 49. *ff. de leg.* 3.

beneficio à Galba affectus, sed honestati, majestatique imperatoriæ opem ferens, solus stetit ante lecticam: sublataque voce centuriali, jubebat milites irruentes parcere Imperatori; & cum diu repugnasset, tandem corruit. Tunc Galba trepidatione lecticariorum projectus est sella. Porro delicatioribus curæ erat, ut hi splendide amicti, & formosi essent, vestiti fere ut calones, & militariter pænulati. Seneca Epist. cx. *Hoc ipsi mihi dico, quotiens tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quotiens occurrit domus splendida, cohors culta servorum, formosis imposita calonibus.* Idem de Beneficiis lib. III. cap. XXVIII. *Quo tandem ab istis gerulis raperis, cubile istud tuum circumferentibus? quo te penulati isti, in militum, & quidem non vulgarem cultum subornati? quo, inquam, te isti efferunt? ad ostium alicujus ostiarii, ad hortos alicujus ne ordinarium quidem habentis officium.* Et sic divites Romani vehi solebant, quod

Ter-

Tertullianus quoque in libro ad uxorem testatur. Lecticarii servi etiam qui lecticas faciunt. [a] Marcianus: *Si ex officio quis ad artificium transierit, quidam recte putant legatum extingui: quia officium artificio mutatur. Non idem è contrario cum lecticarius cocus postea factus est. Si vero unus servus plura artificia sciat, & alii coci legati fuerint, alii textores, alii lecticarii, ei cedere servum dicendum est, cui legati sunt, in quo artificio plerumque versabatur.* Cicero pro Sexto Roscio: *Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios.* Inscriptio vetus Romæ trans Tiberim ad D. Cæciliæ:

DIS. M. TI. CLAVDIO. AVG. LIB. TIGRANO. EX. CORPORE. LECTICARIORVM. CÆSARIS. VIX. ANNIS. LXXXV. M. LICINIVS. ATIMETVS. ET. SEXTIA. FELIX. BENEMERENTI. POSVERVNT.

Erant & lecticarii olim, qui efferendis

a *Leg.* 65. *s.* 2. *ff. de leg.* 3.

rendis cadaveribus [a] deſerviebant, qui & κοπιάται appellantur τὰς τῶν νεκρῶν κλίνας ἄγοντες. Lecticis enim, & Sandapilis mortuorum corpora efferebantur; at ſandapila à quatuor tantum ſervis portata. Martialis lib. VIII. Epigram. LXXV:

Quatuor inſcripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.

Et populus in ſandapila efferebatur. Idem lib. VIII. Epigram. LXXV:

Permutatur onus, ſtipataque tollitur altè
Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.

Suetonius Domitiano, cap. XVII: *Cadaver ejus populari ſandapila per veſpillones exportatum.* Servi etiam teſtamento manumiſſi, qui *liberti Orcini*

a *Novell. Conſtitut.* 43.

Orcini dicti sunt, certum & proprium quoddam sandapilæ genus habebant. Martial. lib.x. Epigr. v.

Vocet beatos, clamitetque felices,
Orciniana qui feruntur in sponda.

Lecticarios autem Catullus epigr. x. *ad lecticam homines* vocat, originem lecticarum referens ad Bithynos:

At certe tamen, inquit, quod illic
Natum dicitur esse, comparasti
Ad lecticam homines.

Et Cicero lib. v. in Verrem: *Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur.* Laxa vero lectica potentiorum fuit; minuta, & arcta tenuiorum: quarum usum Domitianus Imperator *probrosis fœminis ademit*, ut Suetonius, cap. VIII. refert.

POLLINCTOR, servus, qui mortuorum corpora lavat, ungit, & curat. [a] Vlpianus: *Si libitinarius, quos*

C *Græci*

a *Leg. 5. ff. de Institor Act.*

Græci νεκροθάπλας vocant, ſervum Pollinctorem habuerit, isque mortuum ſpoliaverit. Varro in Satyra: *Mutuum muli ſcabunt, ſive περὶ ἀφοεσμῦ. Itaque plures dies inter medici disceſſum, & adventum pollinctoris interfuerunt.* Plautus Pœnulo:

Carthaginienſes fratres duo fuerunt,
Eorum alter vivit, alter eſt mortuus:
Propterea apud vos dico confidentius,
Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Et paraſitus[a] Plautinus Demænetum uxoris minis auditis, metu eſſe exanimatum, & ferè mortuum ſignificaturus, feſtive ait:

Ecquis currit pollinctorem accerſere?

Martialis lib. x. epigr. CXVII.

Iam ſcrobe, jam lecto, jam pollinctore parato.

Cujus

a *Aſinaria act. 5. ſc. 2.*

Cujus moris meminit Arnobius libro primo adversus gentes : *Vnus fuit è nobis, qui redire in corpora jamdudum animas præcipiebat efflatas? prodire ab aggeribus conditos? & post diem funeris tectos pollinctorum velaminibus expediri?* Apuleius in Hermagora : *Pollinctor ejus funeri dum unctionem parat.* Ante unctionem corpora lavari ab amicis mos erat. Virg. VI. Æneid. CCXVIII.

Per calidos latices & ahena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis, & ungunt.

Hujus tamen muneris curam ad mulieres pertinuisse Muretus Variarum Lectionum lib. III. cap. XIX. docet hoc versu Ennii :

Tarquinii corpus bona fœmina lavit, & unxit.

Vnde Tertullianus in Apologetico, *mortuis parari silicernium, obbam, pol-*

linctorem scripsit : qua de re fusius tractant doctissimi viri Joannes Meursius , & Joannes Kirchmannus in libris De Funeribus Romanorum. Quæ autem ad pollincturam pertinebant, à Libitinariis in templo Libitinæ vendebantur.

CAPSARIOS servos Paulus nominat, qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiunt, quod capsis ea includant: *Adversus*, inquit, *capsarios quoque qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiunt, judex est constitutus , ut si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint , ipse cognoscat.* Hi ad fores stare solebant, id quod Epiphanius aperte indicat , dum Adamitarum mores pessimos describit; quos inter cætera etiam *nudis corporibus conventus habuisse in hypocaustis* refert, *& ad fores adstitisse ipsis quosdam capsariorum instar , qui eorum vestimenta susci-*

a *Leg.* 3. §. *ult. ff. de offic. præf. vigil.* b *In Panat. in.* II.

susciperent, & custodirent. Vlpianus capsarios vocat, qui pueris euntibus in scholam libros portant: *Si collactaneus*, ait, *si educator, si pædagogus ipsius, si capsarius, id est qui portat libros.* De his Suetonius in Nerone, cap. XXXVI. *Constat quosdam cum pædagogis & capsariis uno prandio pariter necatos.* Juvenalis Satyr. X. CXVI.

Quisquis adhuc uno partam colit asse Minervam,
Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Erant insuper capsarii Romanis dicti, qui capsæ nummariæ apud argentarios, & numularios præpositi erant; & capsarii capsarum opifices; quibus aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit; ut sunt mensores, optiones, valetudinarii medici, capsarii artifices, & qui fossam faciunt. Præterea hi & Arcarii ab arca nominabantur, qui non solum

a *Leg. ult. ff. de jure immunit.*

veſtimenta ad balnea portabant, verum etiam reliqua omnia genera veſtimentorum adſervabant. [a] Scævola Arcarium ſervum dicere videtur, cui arcæ, in qua domini pecunia condita, procuratio commiſſa eſt, idem qui diſpenſator. *Stichus*, inquit, *arcarius probante domino, nomina fecit, & rationes à domino ſcriptas exhibet.*

SACCVLARII, *qui vetitis, & magicis artibus ex alienis ſacculis, aut ſubducunt pecuniam, aut ſubtrahunt*, quos [b] Vlpianus ait *plus quam fures puniendos.* nam *ſubducere* eſt elicere pecuniam ad ſe arte, vel qua alia ratione illicita; *ſubtrahere*, eſt manu auferre. Ejusmodi præſtigias Syneſius in epiſt. Euthalii cujusdam deſcribit, quem & βάλλαντα, id eſt *Sacculariun* vocat, qui cum in mulcta ſolvenda unum ſacculum oſten-

a *Leg.* 41. §. 17. *ff. de fideicom. libertat.*
b *Leg. ſaccularii ff. de extraord. criminib. & leg.* 1. §. 2. *de effractorib.*

ostentasset, in quo aurei nummi erant, & alium huic simillimum occultaret, in quo ærei; numerata pecunia aurea, & suo reddita sacculo, mox clam alterum pro altero subposuit, & tradidit.

VESTISPICI appellantur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestes inspiciant, ut tradit Nonius. Plautus Trinummo: act. II. sc. II.

——— *ducitur familia tota,*
Vestispici, unctor, auri custos,

Afranius Vopisco:

Novi non inscitulam ancillulam vespere, & vestispicam. Vestispicam autem quam hic Afranius dicit, aliter Latini *à veste* vocant; ut pueros *à potione*, *à supellectile*, *à pedibus*, *à rationibus*. Ostendit lapis Romanus:

M. VLPIO. AVG. LIB. PHAEDIMO DIVI TRAIANI AVG. A. POTIONE. ITEM. A. LAGVNA. ET TRICLINARCH. LICTORI. PROXIMO. ET A COMMENT. BENEFICIORVM. VIXIT. ANN. XXVIII. ABSCESSIT. SELINVTE. PRI. IDVS. AVGVST. NIGRO. ET. APRONIANO. COS. RBLIQVIAE. TREIECTAE. EIVS III. NONAS FEBR. EX PERMISSV. COLLEGII. PONTIFICVM. PIACVLO. FACTO. CATVLLINO. ET APRO COS. DVLCISSIMAE. MEMORIAE. EIVS. VALENS. AVG. LIB. PHEDIANVS. A VESTE. BEN. MER. FECIT.

Et in antiqua inſcriptione appellantur *Ad veſtem*, ut *Ad cyathos*, *Ad pedes*:

T. STATILIVS. MALCHIO. AD VESTEM.

ORNATRICES puellæ *quæ mulieribus comas exornabant*. de quibus [a] Vlpianus: *Item mancipia alia: puellæ fortaſſis queis ſibi comas mulieres exornant*. Et [b] Marcianus: *Ornatricibus legatis, Celſus ſcripſit, eas, quæ duos tantum menſes apud magiſtrum fuerunt, legato non cedere*:

a *Leg.* 49 *ff. de leg.* 3. b *Leg.* 65. *ff. de leg. lib.* 3.

cedere: alii & has cedere: ne necesse sit, nullam cedere: cum omnes adhuc discere possunt: & omne artificium incrementum recipit; quod magis obtinere debet: quia humanæ naturæ congruum est. Ovidius: *Tuta sit ornatrix.* Vetus inscriptio: CINERIBVS HAMILLAE ALBIONIAE QVINTAE ORNATRICI FESTVS M. SEPTIMI GALLI DISPEN. CONTVBERNALI B. M. F. ET SIBI. Acus autem, qua ornatrix utitur, *acus comatoria* Petronio, *Acus crinalis* Apuleio dicitur.

[a] TONSORES servi, *qui familiæ rusticæ causa parati sunt*, & TONSTRICES ancillæ in familia Romanorum resecandis crinibus, & unguibus. Valerius Maximus lib. III. c. II. *Egresso cubiculum Bruto cultellum tonsorium quasi unguium resecandorum causa popposcit; eoque velut forte elapso se vulneravit: clamore deinde*

a *Leg.* 12. §. 5. *ff. de instr. vel instrum. leg.*

ancillarum in cubiculum revocatus Brutus, objurgare eam cœpit, quod tonſoris præripuiſſet officium. [a] Vlpianus: *Tonſores, & fullones, & focariæ, non agri ſunt inſtrumentum, ſed inſtrumenti.* Plaut. Truculento:

Nam mihi dividia eſt tonſtricem meam ſic mulctatam male.

Ibidem:

Ancillas duas tonſtrices ducet; alteram tonſtricem hujus, alteram ancillam ſuam.

EXACTORES ſervi, qui pecunias dominorum exigebant, de quibus [b] Scævola: *Si qui minus ſolvendo fuerint debitores, quibus alii exactores erant applicati, nondum videatur conditioni ſatisfactum.* Et qui dominorum loco ædificiis reficiendis, rebusque omnibus interfuere; quorum mentionem faciunt vetuſtæ inſcri-

a *Leg.* 12. §. 6. *ff de inſtr. vel inſtru. legat.*
b *Leg.* 41. §. 17. *ff. de fideicom. libertat.*

ſcriptiones, quarum altera Romæ; altera Veronæ reperta eſt:

Romæ:

D. M. S.

M. AVRELIVS. AVGG. N. N. LIB EPA PHRODITVS EXACTOR OPERVM DOM. N. N. CORVM ET LABERIA FELICI: FECERVNT SIBI. ET SVIS.

Veronæ:

BLANDVS C. AFINI ASCLAE SER. MVRRANVS. P. CLODI TVRPIONIS SER. AVCTVS M. FABRICI SER. CONVITIVM. REFECERVNT TECTVM. PARIETES. ALEVARVNT. VALVAS. LIMEN. DE SVA PECVNIA LARIBVS DANT. COSSO CORNELIO LENTVLO L: PISONE AVGVRE COSS.

EMISSARII ſervi, qui juvenibus amaſias, & equos generoſos perquirebant, quos Pædianus *conciliatores furtorum* vocat: itemque hi qui rapinas, & divitum bona quæ poterant proſcribi, [a] inveſtigabant. Horum meminit Cicero IV. Verr. *Petit Nævius Turpio quidam iſtius ex-*

a *Wolfangus Lazius lib.* 12. *cap.* 5. *Commentariorum. Reipub. Rom.*

cursor, & emissarius. Idem V. in Verrem: *Dubitaturum quemque existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit?* Et rursus: *Magni sua putabant interesse, publice potius quamvis magno emi, qui in aliquem istius emissarium incideret.* Et in Epist ad M. Marinum: *Hic similolus animi causa, me, in quem inveheretur, delegerat: persuaseratque nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore.* [a] Suetonius in Galba: *Quin etiam populo Romano deposcente, supplicium Haloti, & Tigillini, solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos. incolumes præstitit.* Ammianus Marcellinus: *Per emissarios quosdam fallendi, perstringendique gnarus Persarum sciscitabatur consilia.* Emissariorum etiam mentio in sacris literis lib. 1. Regum: *Ex emissariis qui circumstabant eum.*

NOMENCVLATORES servi, qui nomina transeuntium, salutantiumve

a Cap. 15.

tiumve domino ſuggerebant ; & unumquemque nominatim poterant vocare. De his Cicero pro Muræna, & libro IV. Epiſt. ad Atticum : *Ad urbem ita veni, ut nemo illius ordinis homo nomenculatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit.* Seneca libro II. Epiſt XIX. *Alioquin habebis convivas, quos ex turba ſalutantium nomenculator digeſſerit.* Et lib. III. Epiſt. XXVII. *Nemo vetulus nomenculator, qui nomina non reddidit, ſed accepit.* Suetonius Caligula : *Miſit circum fora & baſilicas nomenculatores, ad invitandos ad libidinem juvenes.* Quintilianus lib. VI. Inſtitut. Orat. cap. IV. *Afer ingrato litigatori conſpectum ejus vitanti in foro, per nomenculatorem miſſum ad eum : Amas me, inquit, quod te non vidi.* [a] Venuleius : *Poteſt tamen & impubes operas dare ; veluti ſi nomenculator ſit, vel hiſtrio.* Et [b] Plinius. *Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo*

a *Leg. ult. ff. de liberali cauſa.* b *lib. 33. cap. 1.*

turba externa, ac ſervorum quoque cauſa nomenclator adhibendus. Nomenculatorum vero laus erat, quam plurimos noſſe; unde elegans extat Scipionis minoris apophthegma, cum Appius Claudius, qui Scipioni in ambienda cenſura competitor erat, jactaret ſe, quod ipſe citra nomenculatorem cives omnes nominatim citaret, cum Scipio propemodum noſſet neminem. *Vera narras,* inquit Scipio, *nam mihi ſtudio fuit, ut non noſſem multos, ſed ne cuiquam eſſem ignotus. Nomenculatorum laus eſt, quamplurimos noſſe. at egregii ducis eſt, ob egregia in rempublicam merita nulli civium ignotum eſſe.* Horum opera apud Romanos candidati in conſequendis ſuffragiis utebantur, qui nomina civium ſuggererent. Vnde Cato laudatur, quod per ſe ipſum ſine nomenculatore nominatim ſalutaret cives Romanos, & legem ſervaverit, quæ *candidato nomenculatores adeſſe* vetat. Adrianum

num etiam Cæsarem adeo singulari memoria præditum fuisse tradunt, ut nomina singulis suæ nomenclaturæ redderet, & nomenclatores sæpe errantes emendaret. Nomenclatorum meminere [a] Vlpianus, [b] Venuleius, & antiqua inscriptio Romæ: C. EGNATIVS C. L. EVRIPVS NOMENCVLATOR. & alia Tiburi apud S. Georgium:

D. M.

AVRELIAE PRIMITIVAE CONIVGI CARISSIMAE FECIT ZOSIMIANVS AVG. LIBERT. NOMENCLATOR A CENSIBVS SIBI SVISQVE LIBERTIS LIBERTABVSQ. EORVM.

H. M. H. N. S.

Plutarchus in Catone ὀνοματόλογον vocat, Cicero in Muræniana, *monitorem*: *Nam si nomine*, inquit, *appel-*

a *Leg.* 7. §. *dubitur. ff. de oper. lib.* b *leg. ult. in fin. ff. de liber. causa.*

pellari abs te cives tuos honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo, quam tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem appellandi sunt. Qui & fartores dicti, *quod obviorum nomina*, ut Festus ait, *velut infarcirent petitorum auribus.*

HISTRIONES servi, artifices ludiones, qui personati in scenis fabulas agunt. Cicero lib. IV. Tuscul. *Aguntur ista præclare, & ab oratore quidem melius (si modo est orator) quam ab ullo histrione.* Et Vlpianus: *Nam hujus*, ait, *quoque est ministerium, si forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex.* A militia autem Romana legibus *servi*, *histriones*, & *capite censi* arcebantur.

SYMPHONIACI servi musicam tenentes, qui & in conviviis, & in classe adhibebantur, per quos cani remigibus *celeuma* solebat, de quibus

a *Leg. 7. §. ff. de oper. libert. & leg. ult. ff. de liberal. can. leg. 15. §. 1. de usufruct. & quemad.*

bus [a] Vlpianus: *Si librarium rus mittat, & qualum, & calcem portare cogat, vel histrionem balneatorem faciat; vel de symphoniaco atriensem, vel de palæstra stercorandis latrinis præponat, abuti videbitur proprietate.* Cicero pro Milone: *Milo tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat.* Idem in Verrem: *Ab hac præfectus Antonii quidam symphoniacos servos ducebat per injuriam, quibus se in classe uti velle dicebat.* Nam ut Pædianus tradit, *cani remigibus celeuma per symphoniacos servos solebat per assam vocem, id est ore prolatam, & per citharam; & ad hoc symphoniacos capi solere, ut in classe pugnantibus classicum canant.* Duris Samius auctor est in Alcibiadis navi ab exilio redeuntis Chrysogonum fuisse quendam modulatorem, qui tanta arte remigum manus dirigebat, ut cum illi remorum pulsum cum Chrysogoni cantu conjugerent, jucundam audientibus redderent harmoniam.

C AL-

a *Leg.* 15. §. 1. *ff. de usufr. & quemad.*

CALCVLATORES servi, qui per lapillos, aut lapillorum signa computabant, & expensa, & percepta in rationes referebant; quorum meminit [a] Vlpianus: *Nam hujus quoque est ministerium, si forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex.* [b] Idem: *Ludi quoque litterarii magistris, licet non sint professores, tamen usurpatum est, ut his quoque jus dicatur. Iam & librariis, & notariis, & calculatoribus, sive tabulariis.* [c] Modestinus: *Neque librarios, neque calculatores, quos vulgo rationarios dicimus, habere immunitatem dicunt Divorum constitutiones.* Martialis lib. x. Epigram. LXII.

Nec calculator, aut notarius velox,
Majore quisquam circulo coronetur.

Et D. Augustinus lib. II. contra Academ. *Quibus duobus repertis nata est*

a *Leg.* 7. *ff. de oper. libert.* b *Leg.* 1. *s.* 6. *ff. de extra. cogn.* c *Leg.* 15. *s.* 5. *ff. de excusat.*

est illa librariorum, & calculatorum professio velut quædam Grammaticæ infantia. Quos & *tabularios* appellatos fuisse testatur [a] Vlpianus. Antiqua inscriptio Veronæ:

V. F. P. CAECILIVS EMPIRODIVS VI. VIR. AVG. CALCVLATOR IVSTINAE SALENAE VXORI ET SIBI.

* LIBRARII servi vel *à studiis*, vel *à bibliotheca* erant librorum scriptores; vel aliorum scriptorum notarii, qui notis quibusdam dictata scriberent. Cicero III. de Orat. *Neque librariorum notis; sed verborum, & sententiarum modo.* Et pro lege Agraria: *Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur: concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me adferunt.* Idem lib. IV. Epi-

a *Leg.* 1 §. *ludi. ff. de extra. cogn.* * *Petrum Fabrum vide ad leg. si librarius, ff. de div. regul. jur. antiq.*

Epistol. ad Atticum: *Et jam velim mihi mittas de tuis librariolis duos.* Et Cicero filius libro XVI. Epistolar. *Peto à te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus. multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis.* Horatius in Arte Poëtica:

Vt scriptor si peccat, idem librarius usque,
Quamvis sit monitus, venia caret. --

Plinius de insigni memoria Julii Cæsaris libro VII. cap. XXV: *Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librarius dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas.* [a] Vlpianus: *Nam si librarium rus mittat; & qualum, & calcem portare cogat: histrionem, balneatorem faciat: vel de symphoniaco atriensem: vel de palæstra stercorandis latrinis præponat: abuti videbitur proprietate.* [b] Scævola: *Si librarius in*

a *Leg.* 15. §. 1. *ff. de ulufr. & quemad.* b *Leg. si librarius* 102. *ff. de div. reg. Iur. l.* 7. *s.* 5. *ff. de oper. libert.*

in transcribendis stipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, quo minus & reus, & fidejuſſor tenerentur. Et [a] Juſtinianus Imperator cum de veteri jure enucleando ita ſanxit : *Ipſe autem librarius, qui ea inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali pœna (ſecundum quod dictum eſt) plectetur : ſed etiam æſtimationem in duplum domino reddet, ſi ipſe dominus ignorans talem librum, vel comparaverit, vel confici curaverit.* Meminit librariorum & D. Hieronymus in epiſtola ad Lucinium, & ad Niciam, his verbis : *Nam & rudes illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius appellat, qui ſibi ritu ferino victum requirebant, ante chartæ & membranarum uſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabant.* Vnde & portatores earum *Tabellarios*, & *ſcriptores*, à libris arborum *Librarios* voca-

a *Leg. fin. S. antepenult.*

vocavere. Librarii inter caſtrenſia officia dicti etiam, qui *rationes ad milites pertinentes in libros referebant*, ut Vegetius lib. II. cap. VII. refert; de quibus & [a] Paternus meminit. Itemque hi qui cujusque poſſeſſionem in tabulas publicas. Cicero II. in Rullum, de XV. viris loquens, quos ille agris dividundis inſtituere conabatur: *Ornat eos apparitoribus, ſcribis, librariis, præconibus, architectis.* Alius igitur hic *ſcriba*, alius *librarius*. Librarii tamen nomen generalius eſt, quo promiſcue etiam pro ſcriba Cicero utitur, ut *librarii manu epiſtolæ*. Hinc *librarius ad manum*, pro amanuenſi, in veteri inſcriptione.

NOTARII, qui acta & dicta in judicio, vel extra judicium notis, vel litteris excipiebant: Seneca lib. XIV. Epiſt. *Quid verborum notas, quibus quamvis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus ſequi-*

a *Leg. ult ff. de jure immunit.*

sequitur. De quibus eleganter Basilius in Epistolis : οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι διὰ τοῦτο σημεῖον χρήζουσιν, ἵνα ἁπλωμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. Notæ autem non sunt literæ, sed σημεῖα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξευρεθέντα: quorum inventionem alii Tullio Tyroni, alii Mæcenati tribuunt. quare literas à notis separat Manilius, cum ait :

——— *Cui litera verbum est,*
Quique notis linguam superet.

De his Martialis lib. XI. Epigr. LXII.

Nec calculator, aut notarius velox.

[a] Scævola : *Sejo auri libras tres, & Stichum notarium, quem peto manumittas.* [b] Paulus lib. II. Responsorum : *Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictavit, & antequam literis perscriberetur vita defunctus est.* Hujusmodi notis

a *Leg.* 41. §. *Sejo, ff. de fideicom. libert.* b *Leg.* 40. *ff. de testam militis.*

tis olim pleni erant jureconſultorum libri; ſed Juſtinianus in libris ſuis quicquam notis ſcribi vetuit: de quibus vide Cujacium libro XII. cap. XI. Obſervationum.

AMANVENSES ſervi, qui excipiunt, quorum opera in ſcribendo, perinde ac ſcribarum, utimur. De quibus Suetonius in Nerone: *Ne diſpenſatoribus quidem, aut amanuenſibus exceptis.* Tito, cap. III. *Cum amanuenſibus ſuis per luſum, jocumque certantem.* Hi & *A manu dicuntur.* Idem [a] Cæſare: *Philemonem, à manu ſervum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non gravius quam ſimplici morte puniit.* Auguſto, cap. LXVII: *Thallo à manu, quod pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet, crura effregit.* Alii fuiſſe videntur ſervi, quos *ad manum* vocabant, qui præſto paratique ſemper erant. nam *ad manum* Heſychius interpretatur, quæ ſunt *prompta*, &

parata

a *Cap. LXXIV.*

parata : & *ſervum ad manum*, ad multa utilem : μὴ χεῖρα, ἕτοιμα, ἐυχερῆ. ἢ ὁ νῦν πρὸς χεῖρα, καὶ εἰς πολλὰ χρήσιμον οἰκέτης. Cicero lib. III. de Oratore : *Gracchus Licinius ſervum ſibi habuit ad manum.*

Erant & ab EPISTOLIS ſervi, & *à libellis*, & *ab ephemeride*, quī dies Nonarum, Idium, & Calendarum ex ephemeride ſuppeditabant, & à domino conceptas literas ſcribebant : de quibus meminere hæ vetuſtæ inſcriptiones, quæ Romæ extant :

BASSO AVG. LIB. PROX. AB EPISTOLIS GRAECIS PROC. TRACTVS CARTHAGINENSIS FABIA.Q.F. PRISCILLA MARITO PIISSIMO.

D. M.

M. AVRELIO AVG. LIBERTO A LIBELLIS. ADIVTORI FABIA AEGENIA CON. B. M. F.

TABELLARIVS ſervus literarum gerulus, ut Caſſiodorus ait. Hujus

meminit [a] Labeo: *Si miseris*, inquit, *ad me tabellarium tuum, & ego rescribendi causa literas tibi misero, simul atque tabellario tuo tradidero, tuæ fient.* Cicero ad Brutum: *Statim extrusi tabellarios, literasque ad Ciceronem, ut etiamsi in Italiam venisset, ad te rediret.* Idem ad Terentiam lib. XIV. Epist. *Nos quotidie tabellarios nostros expectamus.* Et D. Hieronymus ad Niciam: *Ante chartæ, & membranarum usum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquia missitabant. Vnde & portatores earum Tabellarios, & scriptores, à libris arborum Librarios vocavere.* Tabellarius etiam pro eo accipitur, qui rationes conficit, & data acceptaque in tabulas refert. Sidonius ad Petrejum: *Sed & ille suscipiebat hunc granditer, habens eum consiliarium in judiciis, vicarium in Ecclesiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabellarium in tributis,*

[a] *Leg. 65. ff. de acquir. rer. dom.*

butis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

CALATORES servi à *calandis*, id est *convocandis* comitiis curiatis, & centuriatis dicebantur; qui in veteribus glossis non modo κλήτορες, sed etiam δοῦλοι δημόσιοι, hoc est, *servi publici* appellantur; & libertini erant, ut ex Tacito perspicuum: *Quippe late fusum*, inquit, *id corpus; hinc plerumque tribus, decuria, ministeria magistratibus, & sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas.* Et his, utpote publicis populi Romani servis, testamenti pro parte bonorum dimidia faciundi jus fuisse, multæ, & reconditæ lectionis vir [a] Petrus Faber recte existimat. Horum ministerio Pontifices usi, qui sacrificaturi calatores suos præmittebant, qui populum monebant, ut Feriis publicis opere abstinerent. Servius in Commentariis ad librum primum

a *Lib.* 2. *cap.* 24. *Semestr.*

Georgicorum: *Sunt enim aliqua*, inquit, *quæ si Festis diebus fiant, ferias polluant. Quapropter & Pontifices sacrificaturi præmittere Calatores suos solent, ut, sicubi viderent opifices assidentes, opus fieri prohibeant, ne pro negotio suo, & ipsorum oculos, & Deorum cerimonias contaminent: feriæ enim operæ deorum creditæ sunt.* Suetonius in libro de illustrib. grammaticis: *Cornelius Epicadius*, inquit, *L. Cornelii Syllæ Dictatoris libertus calatorque sacerdotio augurali, filioque ejus Fausto, gratissimus fuit: quare nunquam non utriusque se libertum edidit.*

Antiqua inscriptio Romæ:

Q. CAECILIO FEROCI KALATORI SACERDOTI TITIALIVM. FLAVIALIVM. STVDIOSO ELOQVENTIAE. VIXIT. ANNIS. XV. MENSE. I. DIEBVS XXIIII. FILIO. OPTVMO. AC. REVERENTISSIMO. M. GAVIVS. CHARINVS.

AN-

ANTEAMBVLONES servi, qui honoris gratia in itinere solebant præcurrere dominos, & turbam submovere. Suetonius in Vespasiano: *Ea demum extudit magis convitio, quam precibus, vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem patris appellat.* Seneca Epistola LXXXVII: *O quam vellem Catoni nunc occurreres, & aliquem ex his trossulis in via divitibus cursores, & Numidas, & multum ante se pulveris agentem.* Vnde & Martialis hunc morem indicans, ait:

Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis.

Idem lib. X.

Anteambulones, & togatulos inter:
Centum merebor plumbeos die toto.

Acron in lib. I. Epist. Horatii scribit, *servos quoque officiosos in turba hunc, & illum in latus fodiendo, dicere solitos,* DATE LOCVM DOMINO MEO,

ut clariſſimus jurisconſultus Barnabas Briſſonius de formulis lib. VIII. obſervavit. Præterea moris fuit, ut ſine ancillarum comitatu materfamilias aut matrona ordinis honeſtioris non prodiret in publicum. Itaque apud Plautum Murrhina Alceſimi uxor in ædes vicinas tranſitura ancillas ſubſequi ſeſe jubet:

Sequimini comites in proximum hinc me.

Et D. Hieronymus in Epiſtola ad Furiam Romanam nobilem viduam ſic ait: *Noli ad publicum ſubinde procedere, & ſpadonum exercitu præeunte viduarum circumferri libertate.* Et in alia epiſtola de inſtitutione filiæ differens, quam pia mater Chriſto, & virginitati conſecraverat: *Placeat ei*, inquit, *comes non compta, neque formoſa, atque laſciva, quæ liquido gutture carmen dulce moduletur; ſed gravis, pallens, ſordidata, ſubtriſtis.* Et ad Demetriadem virginem:

ginem: *Graves fœminæ, & maximè viduæ, ac virgines tibi comites eligantur, quarum probata est conversatio, sermo moderatus, sancta verecundia.* Et paulo post: *Mores enim & studia dominarum plerumque ex ancillarum, & comitum moribus judicantur.* Et idcirco non levem injuriam eisdem fieri ab iis qui comites earum abducunt, auctor est [a] Vlpianus. Ad quem morem respexisse quoque visus est Plautus in [b] Amphitruone, ubi Alcumenam sic loquentem facit:

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas:
Iuben' ire mihi comites? IVP. *Sanan' es?* AL. *Si non jubes,*
Ibo egomet; comitem pudicitiam duxero.

Et in [c] Mostellaria alludit, cum apud eundem argutè sic loquitur Tranio:

a *Leg.* 15. §. 15 & 16. *ff. de Injur.* b *act* 3 *sc.* 2. c *act.* 1. *sc.* 1.

——— *Sine modo adveniat ſenex,*
Sine modo venire ſalvom, quem abſentem comes.
TR. *Nec verſimile loquere, nec verum, frutex,*
Comeſſe quemquam ut quiſpiam abſentem poſſiet.

Erant autem ſervi filiorum familias plerumque & comites, & inſpectores vitæ totius, ac morum. Vnde Nævius in Triphalo:

Si unquam quicquam filium reſcivero
Argentum amoris cauſa ſumſe mutuum:
Extemplo illò te ducam, ubi non deſpuas.

Nam paterfamilias minatur gravem mulctam ſervo, ſi filius vel ipſius opera, vel alterius inſtinctu argentum mutuetur ab aliquo.

ADVERSITORES ſervi, quorum miniſterium eſt ire ad herum foris

foris cœnitantem, & eum domum reducere, ac comitari. Plautus Mostellaria:

Solus eo nunc advorsum hero ex plurimis servis.
Hanc rem die crastini quom herus resciverit,
Mane castigabit eos exuviis bubulis.

Idem Casina Act. II. Sce. ult.

Idem me pridem, quom ei advorsum veneram,
Facere atriensem voluerat sub janua.

Idque præter Plautum testatur etiam Terentius in Adelph:

Neque servulorum quisquam adversum ierat.

Vbi Donatus ait proprie locutum Terentium, dicendo, *adversum*: nam inde *adversitores* dici. Hos etiam ditiores habebant, ut ab iis monerentur

tur per vias de lapidibus, ad quos offendere possent. Quo respicit Apuleius Metamorph. libro II: *Sed cum primam plateam vadimus, vento repentino lumen, quo nitebamur, extinguitur; ut vix improvidæ noctis caligine liberati, digitis pedum detunsis ob lapides, hospitium defessi rediremus.*

ASSECLÆ dicti, quod omnibus jussis dominorum adsint, & præsto sint, ut Nonius ait, *qui sequuntur potentiores.* Cicero lib. II. de Divinatione: *Is quum ei Troginorum tetrarchiam eripuisset, & assecla suo Pergameno nescio cui dedisset.* Idem Actione III. in Verrem: *Ostendit munus illud suum non esse, se cum suæ partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tamen Prætores, & Consules, non Legatorum asseclas recipere solere.* Livius libro V: *Et eo devolvi rem, ut aut Patricii, aut Patriciorum assecla habendi Tribuni plebis sint.* De quibus & D. Hieronymus in quadam epistola ad Furiam Romanam

nam nobilem viduam sic memenit: *Nec procurator calamistratus, nec formosus collactaneus, nec candidulus, & rubicundus assecla adhæreat lateri tuo.* Assecla autem à comite distinguitur, quod comes is dicitur, *qui una iter facit*; assecla, *qui sequitur potentiorem.* Ita ut comes comiti *securitatem*; assecla vero *officii jus* præstet superiori.

CALONES servi militum castra sequentes, qui clavas ligneas, & fustes gerebant. Festus lib. III. *Calones*, inquit, *militum servi dicti, quod ligneas clavas gerebant*; nam Græci ligna κάλα vocant, & *Calas*, teste Servio, Latini vocarunt *fustes*, quos servi portabant, dum cum dominis in expeditione essent; inde Calones dicti. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum; vallum autem dicebant *Calas*. Lucilius:

Scinde puer calam, ut caleas;

id est frange fustem, & focum accende, ut calefias. De his Horatius:

Hunc perminxerunt calones. ——

Quidam tamen Calones à *calando* derivant, quod ad ministerium advocarentur; alii à *calendis*, quod Calendarum die cibaria acciperent pro toto mense; non recte. Hujusmodi servos & *Caculas* appellari Festus ex Plauto tradit, & in veteri Glossario scriptum: *Cacula*, δεκ-στρατιώτε. Sicut autem calones militibus ligna, ita *Lixæ* exercitum sequuti, quæstus caussa, aquam, quam veteres *lixam* dixere, militibus subministrabant. Antiqui etiam servos habebant, qui dominorum arma, & scutum gerebant, eos sequentes, qui ARMIGERI dicebantur. De servo armigero Plautus Casina:

Potius, quam illi servo nequam, armigero, nihili, atque improbo,
Quoi homini hodie peculi nummus non est plumbeus.

Eundem

Eundem servum paullo post Plautus *scutigerulum* appellat:

S. *Qui, malum, homini scutigerulo lubet dare.*

SALVTIGERVLI servi, qui jussu dominæ hunc illum salutant, suntque nuntii, & renuntii; sicut *Salutigeruli Dæmones* appellantur ab Apuleio in libro de Deo Socratis. De his [a] Plautus in Aulularia, ubi mores mulierum probe memorat:

M. *Nulla ergo dicat; Equidem dotem ad te attuli*
Majorem multo, quam tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem æquom est, purpuram atque aurum dari
Ancillas, mulos, muliones, pedisequas,
Salutigerulos pueros, vehicula, quî vehar.

Iidem Plauto *damnigeruli* dicti, item

a *Act.* 3. *sc.* 5.

gerrones, ac *bonorum exagogæ*, ut qui ad ſcortilla etiam inficetiſſima dominorum bona juſſi efferant: In [a] Truculento:

G. *Ite hac ſimul mulieri, damnigeruli, foras, gerrones,*
Bonorum exagogæ. ———

Sed & mulieres ſervos SANDALIGERVLOS habebant, qui earum ſandalia gererent, ut ex Plauto in [b] Trinummo perſpicuum:

Veſtiſpicæ, unctor, auri cuſtos, flabelligeræ, Sandaligerulæ.

Erant autem Sandalia muliebria calceamenta, ut refert Pollux, elegantiſſima: interdum etiam aurea, ut ex Luciano, & Æliano conſtat.

CVRSORES ſervi; quibus non diſſimiles ſunt, quos adhuc noſtra ætas habet, qui Gallico vocabulo à miliaribus leucis, vulgo *Laquais* appel-

a *Actu.* 2. *ſc.* 7. *Act.* 2. *ſc.* 1.

pellantur. Horum meminit [a] Paulus: *Si alii, inquit, vernæ, alii Cursores legati sunt: siquidem & vernæ, & cursores sint, cursoribus cedent; semper enim species generi derogat.* Seneca Epist. CXXIII: *Omnes jam sic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen Cursorum antecedat.* Suetonius in Nerone: *Inter moras prolatas à cursore, Phaethontis codicillos præripuit.* Et cap XXX. de itinere Neronis: *Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur, ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus, armillata, & falerata cum Mazacum turba, & cursorum.* Vopiſcus refert Aurelianum *cursores eo habitu quo ipſe habebat, Senatoribus conceſſiſſe, id eſt, albatos.* Lampridius in Alexandro: *Cursorem nunquam niſi ſervum ſuum dicens, ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere.* Apuleius Metamorph. lib. X: *Miſitque protinus cur-*

a *Leg.* 99. §. 5. *ff. de legat.* 3.

cursorem, qui vianti marito domus expugnationem nuntiaret. Quo spectat etiam illud Plauti in Mercatore:

Genua hunc cursorem deserunt.

Et Martialis III. Epigram. c.

Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora.

Plinius refert *Alexandrum Magnum habuisse Philonidem cursorem, qui mille & ducenta stadia uno die confecit.* Iidem dicebantur *A pedibus.* Cicero ad Atticum lib. VIII. *Pollucem servum à pedibus meum Romam misi.*

JUNCTOR servus, qui jungit mulas ad rhedam, vel carrucam qua vehitur paterfamilias; quem esse de urbano ministerio constat; *& quem carrucam cum junctura legatam non sequi* prodidit [a] Paulus III. Sentent. Cubicularios obsonatores, junctores, & generaliter ministratores. Et

a *Leg. 98. muliones. ff. de leg. 3.*

Et [a] Alfenus: *Quo in genere junctores, cubicularii, coci, ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati essent, numerarentur.*

Erant & LINTEONES servi, qui ut Servius docuit, lib. VII. Æneid. linteamina texebant in vestium usum, & hujusmodi lavabant. De his præter [b] Vlpianum meminit & Plautus in Aululari a: *Manulearii*, aut *myrothecarii*, *propolæ*, *linteones*, *calceolarii*. Julius Firmicus libro secundo Mathe. *Si Luna*, inquit, *in Veneris signis constituta feratur ad Martem, ista conjunctio faciet linteones, aut tabernarios, atque colorum tinctores.* Vegetius de re militari 1. *Piscatores, aucupes, dulciarios, linteones.*

TEXTORES servi, & textrices, quæ vestes, aut telam texunt. [c] Alfenus: *Textoribus omnibus, qui sui essent, cum*

a *Leg.* 203. *in fin. ff. de verbor signific.* b *Leg.* 5. *ff. de utrib. act.* c *Leg.* 61. *ff. leg.* 3. *l.* 203. *de verb. signific. l.* 1 *ff. de trib. act.*

cum moreretur, legatis: quæsitum est, an & is, quem postea ex his ostiarium fecisset, legato contineretur. respondit contineri; non enim ad aliud artificium, sed ad alium usum transductum esse. Cicero pro Plancio: *Si pro fabro, aut textore emimus.* Juvenalis Satyr. IX. vers. XXVIII.

——— *pingues aliquando lacernas*
Munimenta togæ duri crassique coloris,
Et male percussa textoris pectine Galli.

Tibullus lib. II. Eleg. I.

Atque aliqua assidue textrix operata Minervam,
Cantat. ———

FVLLO servus, qui purganda, poliendave vestimenta accepit. [a] Vlpianus: *Itaque fullo qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit, præ-*

a *Leg* 12. *ff. de furtis.*

præstare enim custodiam debet. si autem solvendo non est, ad dominum actio redit: nam qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est. [a] Idem: *Si fullo vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cavere, & si pallium fullo permutaverit, & alii alterius dederit; ex locato actione tenebitur, etiamsi ignarus fecerit:* Et [b] idem lib. xx. ad Sabinum: *Hæc enim quæ rusticorum causa parantur lanificæ, & lanæ, & tonsores, & fullones, & focariæ, non agri sunt instrumentum, sed instrumenti.* [c] Et lib. XXXII. ad Edictum: *Si fullo vestimenta lavanda conduxerit, deinde amissis eis, domino pretium, ex locato conventus, præstiterit.* Lavantur autem vestimenta à fullonibus creta, sed quo modo, quove ordine, præscribit lex Metella de fullonibus dicta;

a *Leg.* 13 § 6. *ff. locati.* b *Leg.* 12. §. 6. *ff. de instr. vel instrum. leg.* c *Leg.* 2. *ff. de condict. sine causa.*

dicta; & Plinius lib.xxxv. cap.xvii. Natural. Hiſt. memorat: adeo hæc res majoribus curæ fuit. Huc Titinius alludit, cum ait: *Terra hæc nova eſt, quaſi tu ſolitus pedibus argutarier, dum compeſcis cretam, & veſtimenta eluis.* Plautus Aulularia:

Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Erant & fullonum officinæ, quas vulgo *fullonicas* appellabant. [a] Vlpianus: *Quod autem dicit, meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgo diverſoria, vel fullonicas appellant.* [b] Idem: *Apud Trebatium relatum eſt, eum, in cujus fundo aqua oritur, fullonicas circa fontem inſtituiſſe, & ex his aquam vicini in fundum vici immittere cœpiſſe: ait ergo non teneri eum aquæ pluviæ arcendæ actione.*

SARCINATOR ſervus, qui ſarcienda veſtimenta, accepit, cujus memi-

a *Leg.* 13. §. *fin. ff. de uſufr.* b *Leg.* 3. *ff. de aqua pluvia arcenda.*

meminit [a] Paulus II. Sententiarum: *Fullo, & ſarcinator*, inquit, *qui polienda, vel ſarcienda veſtimenta accepit, ſi forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum feciſſe videtur: quia non in eam cauſam ab eo videntur accepta.* [b] Vlpianus lib. XXIX. ad Edictum: *Licet mercis appellatio anguſtior ſit, ut neque ad ſervos fullones, vel ſarcinatores, vel textores, vel venalitiarios pertineat.* Lucilius: *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime.* Hinc *ſarcinatrix*, mulier quæ veſtes ſuit, & reficit.

TOPIARII inter prædiorum ruſticorum ſervos cenſentur, qui arbusculas, virgultaque ductilia facili flexu in varias formas & figuras ſolerti ingenio exprimunt, & concinnant. Vnde [c] Vlpianus ait: *topiarium ornandi fundi magis quam colendi paratum eſſe.* Hos Julius Firmicus

a *Leg.* 82. *ff. de furtis.* b *Leg.* 1. *ff. de tribut. act.* c *Leg.* 60. §. *ult. ff. de leg.* 3. *leg.* 12. § 42. *& leg.* 17. *in fin. ff. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

cus lib. VII. Mathe. cap. x. eleganter sic designat: *Vel qui*, ait, *buxeas arbores tondens in belluas fingat, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat:* Et Plinius lib. III. ad Calvisium: *Sunt qui hedera gestationes convestiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus faciunt, variasque ex his subtiliter compositis, & plicatis figuras exprimunt, & reddunt.* Moris autem fuit ex buxo, myrto, rosis, hedera, & lauro deorum simulacra, seu fabularum explicationes, & varias hominum effigies, naviumque formas, aut turrium, ædium, vel cubiculorum species, in hortis per hujusmodi operarios fieri; qui *topiarii* ἀπὸ τῶν τόπων, id est, *à locis* quæ in his varia constituuntur, quæ & *topia* nuncupantur. Vitruvius lib. VII. Architecturæ: *Habentem Deorum simulachra, seu fabularum dispositas explicationes, non minus Trojanas pugnas, seu Vlyssis errationes per topia, cæteraque quæ sunt eorum similibus rationi-*

tionibus ab rerum natura procreata. Quidam inde Topiarii appellationem deductam existimant, quod plantæ funium modo flexibiles, in quaslibet formas & figuras redigantur, & ducantur. Græci enim funes in navibus τοπεῖα, καὶ τοπήια appellant. De his Cicero ad Q. fratrem: *Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera.* Et Plinius lib. xv. cap. xxix: Nat. Hist. *Stativæ myrti genera topiarii faciunt.* Idem Epistola xxxvi. *Inest huic computationi sumtus supellectilis, sumptus atriensium topiariorum.* Hinc *topiarium opus*, & *ars ipsa topiaria* dicitur. Cicero ad Q. Fratrem lib. iii. Epistol. *Vt denique illi palliati topiariam facere videantur.* Et Plinius: *Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur, ramos spargit à radice topiarii, ac coronarii operis.*

Viridarios nuncupat servos Vlpianus curæ viridiorum præpositos. Sunt autem Viridia horti, seu

seu loca virentibus herbis, graminibusque, & arbustis consita; & voluptatis causa comparata, quæ *Viridaria* etiam appellantur. Suetonius in Tiberio; cap. LX. *Militem prætorianum ob surreptum è viridario pavonem capite punivit.* Lampridius in Heliogabalo, & Vegetius lib. IV. cap. VII. Viridiorum etiam mentio apud Vitruvium libro quinto, cap. IX. & libro VI. cap. VI. & Senecam Epist. XV. lib. I.

PASTORES servi, qui curam habent pascendi; de quibus Vlpianus: *Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, atrienses, scoparii. Si etiam viridaria sint, topiarii, si fundus saltus, pastionesque habeat, greges pecorum, pastores, saltuarii.* Virg. III. Georg.

——— *desertaque regna*
Pastorum, & longe saltus, lateque vacantes.

Pa-

a *Leg.* 8. §. 1. *ff de instr. vel instrum. leg. Leg.* 12. *ff. de servit urb. l.* 7. *in fin. ff. de verb. sign.*
b *Leg.* 8. §. *fin. de instr. vel instrum.*

Juvenalis Sat. II. CLI.

Pastoris duri est hic filius, ille bubulci.

Iidem *Ad baculum servi* dicebantur; nam baculus, qui *Pedum* vocatur, pastoris argumentum est. Propertius lib. IV. Elegia II.

Pastorem ad baculum possum curare.

Erant & pastores anserum, de quibus [a] Paulus III. Sententiarum: *Avibus*, inquit, *legatis, anseres, phasiani, & gallinæ & aviaria debebuntur. Phasianarii autem, & pastores anserum non continentur, nisi id testator expressit.*

OPILIO quasi ovilio, custos oviüm, qui ovium gregem servat, & pascit. Plautus Asinaria: *Etiam opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam* Virgilius X. Eclog. XIX.

Venit & upilio, tardi venere bubulci.

a *Leg.* 66. *ff. de leg.* 3.

[a] Alfenus tradit *prædiis legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta, parataque essent, asinum machinarium legatum videri, item oves, quæ stercorandi fundi causa pararentur: item upilionem, si ejus generis oves curaret.*

[b] MVLIONES servi, qui mulos clitellarios sive quadrigarios ducunt, de urbano ministerio sunt; nisi propter opus rusticum testator eos destinatos habeat. De his [c] Vlpianus: *Item ostiarium, mulionemque instrumenti esse constat.* Et [d] Alfenus: *Servis & ancillis urbanis legatis agasonem, mulionem legato non contineri respondi.* Juvenalis Sat. III:

Nam mihi commota jam dudum
mulio virga.

Et qui cursui veloci deserviebant, & mutationibus deputati, muliones publici

a *Leg.* 60. §. 3. *ff. de leg.* 3. b *Leg.* 99. §. 2. *ff. de leg.* 3. c *Leg.* 12. §. 9. *De instr. vel instrum.* d *Leg.* 60. §. 1. *ff. de leg.* 3.

blici dicebantur : quos [a] Arcadius, & Honorius Impp. mutari, vel ſubtrahi à quoquam, vel à judicibus liberari, pœna propoſita vetant : liberatos vero retrahi conſtitutione ſua præcipiunt.

AGASO ſervus, equorum, vel aſinorum ductor. Livius : *Acceptos ab agaſonibus equos, quum rex aſcenſurus erat, admonebant.* Plinius lib. XXXV. cap. II. *Pinxit & in una tabula, quaque maxime inclaruit, agaſonem cum equo.* Feſtus : *Agaſones equos agentes*, id eſt, *bene minitantes.* Hujus meminit [b] Alfenus : *Servis*, inquit, *& ancillis urbanis legatis, agaſonem, mulionem legato non contineri reſpondi. eos enim ſolos in eo numero haberi, quos paterfamilias circum ſe ipſe ſui cultus cauſa haberet.*

[c] SALTVARII ſervi, ſaltuum cuſtodes vocantur, qui [d] *tuendi*, *cu-*

a *lib. 8. C. Theod.* b *Leg. 60. §. 1. ff. de leg. 3.* c *Leg. 6. §. ult. ff. de legat 3. leg. 8. 12. 15. ff. de inſtruct. vel inſtr. legat.* d *leg. 60. §. fin. ff. de leg. 3*

ſtodiendique fundi magis quam colendi cauſa parati ſunt. Nam deſiderant tam villæ, quam agri cuſtodiam: illæ, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent; hi, ne quid cæterarum rerum quæ in villa continentur. Vnde *dominus proprietatis etiam invito uſufructuario, vel uſuario fundum, vel ædes per ſaltuarium, vel inſularium cuſtodire* [a] *poteſt. intereſt enim fines prædii tueri.* Saltus autem *alii* [b] *æſtivi, alii hyberni* erant. Æſtivos definit Vlpianus, *quibus interdum etiam hyeme, plerumque autem æſtate utimur.*

VENATORES ſervi, qui feras perſequuntur, [c] Vlpianus: *Si in agro venationes ſint: puto, venatores quoque & veſtigatores, & canes, & cætera, quæ ad venationem ſunt neceſſaria, inſtrumento contineri.* Cicero II. Tuſcul. *Pernoctant venatores in nive.* Hora-

a *Leg.* 16 § 1. *ff. de uſu & habitat.* b *leg.* 3. §. 11. *ff. de acquirend. poſ. leg.* 67. *ff. de leg* 3. c *leg.* 12. §. 12. *ff. de inſtrum. leg.*

Horatius lib. 1. Carm. Ode. 1.

Manet sub Iove frigido venator.

[a] *Venatores* autem, *& aucupes utrum in urbanis, an in rusticis contineantur, potest dubitari. sed dicendum est, ubi paterfamilias moraretur, & hos alebat, ibi eos numerari.*

AVCVPES servi, qui aves capiunt. De his [b] Vlpianus: *Et si ab aucupio reditus sint: aucupes, & plagæ, & hujus rei instrumentum, agri instrumento continebitur.* Plautus Asinaria: *Auceps quando concinnavit aream, effundit cibum, aves assuescunt.* Columella lib. VIII. cap. X. *Qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sunt captivorum.* Vegetius de re militari 1. *Piscatores, aucupes, dulciarios, linteones.*

Erant & PISCATORES servi, qui piscantur. Horum meminit Scævola: *Prædia*, inquit, *maritima cum*

 servis,

a *Leg.* 99. § 1. *ff. de leg.* 3. b *Leg.* 12. § 13. *ff. instr. vel instrum. leg.* c *Leg.* 27. *ff. de instr. vel instrum. leg.*

ſervis, qui ibi erunt, & omni inſtrumento, & fructibus, qui ibi erunt, & reliquis colonorum, nutritori ſuo legavit. quæſitum eſt, an ſervi piſcatores qui ſolebant in miniſterio teſtatoris eſſe, & ubicumque eum ſequi, & urbicis rationibus expungebantur, nec mortis teſtatoris tempore in prædiis legatis deprehenſi fuerint, legati eſſe videantur. Et [a] Marcianus: *Cubicularios autem, vel obſonatores, vel eos qui piſcatoribus præpoſiti ſunt, non videri negotiationis appellatione contineri.* Cicero III. Officiorum: *Piſcatores ad ſe convocat.* Terentius in Eunucho:

Coqui, fartores, piſcatores, aucupes.

Ovidius XIV. Metamorph.

Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta.

VESTIGATORES, venatores, à veſtigiis ferarum dicti, ut Varro

a *Leg. 65. ff. de leg. 3.*

ro libro quarto de lingua Latina auctor est [a] Vlpianus lib. xx. ad Sabinum : *Vestigatores, & canes, & cætera, quæ ad venationem sunt necessaria, instrumento contineri.* Columella lib. IX. cap. VIII : *Nam statim sono territum, vel in frutice, vel in editiore sylvæ fronde considet, vel à vestigatore præparato vase reconditum.*

DIÆTARII servi, in diæta servientes. [b] Vlpianus : *Ostiarii autem, vel topiarii, diætarii, aquarii domui tantum deservientes continebuntur.* Diæta cœnaculum erat, in quo æstate cœnatur ad umbram ; hyeme ad solem ; quod & Cœnatio dicitur, sive Cœnatiuncula. Sidonius Apoll. lib. XI. epist. XI. *Ex triclinio in diætam, sive cœnatiunculam transitus.* [c] Plinius : *Hic turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidemque in ipsa : præterea cœnatio, quæ latissimum mare, longissimum littus, amœnissimas villas*

a *Leg.* 12. §. 12. *ff de instr. vel instrum. legat.*
b *Leg.* 12. § *idem respondit. ff. de instr. vel instrum.*
c *lib.* 2. *epist.* 17.

prospicit. Diætis autem varia nomina à veteribus imponi solebant. Suetonius in Claudio: *In diætam, cui nomen est* Hermeum, *recesserat.* Alexander Imperator, ut Lampridius refert, *in palatio diætas struxit nomine* Mammeas, *quas*, ait, *imperitum vulgus hodie* ad mammam *vocat.* Lucullus diætam habuit *Apollinis* cognomento celebratam, ut Plutarchus tradit, ubi summo impendio parabantur convivia. Inde illa ejus vox cantatissima, *Cœnatur in Apolline.* Alexandriæ *regiam diætam* ab Antonio structam prodidit Strabo, quam *Timonion* nuncuparit, *quod Timoniam vitam, solitariamque foret acturus post Actiacam calamitatem.* In his diætis qui ministrabant, *diætarii* vocabantur. Diætarii etiam dicti, qui in navibus custodiæ causa præponuntur, quemadmodum idem [a] Vlpianus refert: *Et sunt quidam in navibus, qui custodiæ gratia navibus præponuntur,*

a *Leg.* 1. §. *& sunt quidam. ff. naut. caupon. &c.*

nuntur, *ut* ναοφύλακες, *&* *diætarii*. quamvis sint & ea appellatione fures, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, de quibus [a] Vlpianus: *Qui diætarii*, inquit, *appellantur*, *hoc est*, *qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo*; quos idem Vlpianus scribit *plus quam fures esse* [b] *puniendos*: *Simili modo & diætarii*, *& saccularii puniuntur*. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos.

AQVARII, qui aquam in ædes portabant, qua plurima egent ad balneum, ædesque purgandas mulieres. Hinc apud Plautum in Penulo meretricula dicit: *Aggerundaque aqua sunt viri duo defessi*. M. Cælius in Epist. ad Ciceronem: *Sed dici non potest*, *quomodo hic omnia jaceant*; *nisi ego cum tabernariis*, *& aquariis pugnarem*, *vetemus civitatem*

a *Leg. saecularii. ff. de extraord. crimin.* b *Leg. 1. ff. de effractor.*

occupaſſet. [a] Vlpianus de fundo inſtructo: *Oſtiarii autem, vel topiarii, diætarii, aquarii, domui tantum deſervientes continebuntur.* Et Firmicus libro IV. Mathe. cap. VI. *His & pro amorum internunciis uti ſolebant.* Feſtus: *Aquarii ſunt impudicarum mulierum ſordidi aſſeclæ.* Juvenalis Sat. VI. verſ. CCCXXXI.

--- Veniet conductus aquarius. ---

Septimius Florens: *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarii, venenarii, magi.* Aquarioli autem per diminutionem ad contemptum omnium viliſſimi dicuntur. Lampridius in Commodo: *Aquam geſſit, ut lenonum miniſteriis probroſis natum magis, quam ei loco crederes, ad quem fortuna pervexit.* Aquarii à [b] Jurisconſultis, & Frontino in libro De aquæductibus etiam *aquarum cuſtodes* appellantur, quos Græci ὑδροφύλακες nominant. Præterea lautio-

a *Leg.* 12. §. *idem reſpondit ff. de inſtr. vel inſtrum.*
b *Leg. penult. Cod. de aquæduct.*

tiores Romani habebant *ſervos ad pedes*, *obſonatores*, *pocillatores*, *miniſtratores*, *ſtructores*, *vocatores*, *piſtores*, & *cocos*.

AD PEDES ſervi diſcumbentibus cœnandi cauſa retro ad pedes ſtare conſueverant, qui dominorum juſſa exciperent: quorum miniſterium, & diſcumbendi ritus ex veteri pictura in opus Fuggerorum Antiquitatis relata, apparet. Hinc etiam perſpicuum, quod in Euangelio S. Lucæ ſcriptum eſt Magdalenam, cum in domo Phariſæi cœnante domino ingreſſa eſſet, *retro ad pedes ejus ſtetiſſe*. Neque enim majorem animi ſummiſſionem ſignificare poterat, quam cum nobiliſſima mulier eum ſibi locum delegit, qui ſervis erat attributus: *Stans retro*, ait S. Lucas, *ad pedes ejus*, *lacrimis cœpit rigare pedes ejus*. Seneca lib. III. de Beneficiis: *Servus*, *qui cœnanti ad pedes ſteterat*, *narrat*, *quæ inter cœnam ebrius dixiſſet*. Sed &

[a] idem de Calvisio Sabino homine sane divite, qui memoria prope nulla fuit, sic loquitur: *Magna summa servos emit: unum, qui Homerum teneret: alterum, qui Hesiodum: novem præterea Lyricis singulos assignavit. Postquam vero hæc illi familia comparata est, cœpit convivas vexare. habebat ad pedes hos, à quibus subinde cum peteret versus, quos referret, sæpe in medio versu excidebat.* Idem quoque libro secundo Epistolarum Epist. CLXXVIII. Marcellinum admonuit *non esse inhumanum, quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumstantibus dividuntur: sic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius vitæ ministri fuissent.* Et Suetonius in Galba, cap. XXII. *Inter cœnam vero usque adeo abundantem, ut congestas super manus reliquias circumferri juberet, spargique ad pedes stantibus.* Martialis lib. XII. Epigram. LXXXVII.

Ris

a *Epist.* 27.

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligentem ducit ad pedes
vernam.

Et lib. VII. Epigr. XX.

Mixto lagenam replet ad pedes vino.

Idem quoque libro tertio Epigram. ad hos festive sic alludit:

Omnia cum retro pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

ANALECTÆ servi dicebantur, qui reliquias cœnæ, aut ea quæ ceciderant de mensa colligere solebant. Servi autem *ad pluteum* distincti stabant, quorum alii *pocillatores* erant, alii *structores*, alii *qui sputa ex pavimentis detergebant*, alii *qui murmur compescebant*. Huc [a] Martialis alludit:

An magis astuti derasa est ungue ministri
Tractea, de fulcro (quod reor esse) tuo.

a *Lib.* 8. *Epigr.* 32.

POCILLATORES ſervi, pincernæ qui miniſtrant, pocula menſæ ingerentes. Vnde Ganymedes qui à diis raptus fertur, ut Jovi pocula miniſtraret, pocillator appellatus eſt. Hinc Auſonius:

Stat Iovis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros.

Seneca Epiſt. XLVII. *Alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur. Non poteſt effugere pueritiam, ſed retrahitur. Iamque militari habitu glaber, deſtrictis pilis, aut penitus evulſis, tota nocte pervigilat: quam inter ebrietatem domini, & libidinem dividit.* Iidem *Ad cyathos* dicti. Suetonius in Cæſare: *Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicodemi ſtetiſſe objecit.* Juvenalis Sat. XIII.

Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis uxor
Ad cyathos.

Pro-

Propertius lib. IV. eleg. IX. *Lygdamus ad cyathos.* Ad hos Plautus in Menæchmis respexit:

Non scis quis ego sim? qui tibi sæpissime
Cyatisso apud nos, quando potas.

Convivæ autem pincernæ identidem dicebant, πίνειν κέρνα, id est *misce*, vel *tempera vinum*, *ut bibam*, ut [a] Budæus tradit. Præterea moris erat, cum surgerent à mensa, ut pincernæ vini reliquias darent, quemadmodum Athenæus libro extremo docet: Ἔθος ἦν ἀναστᾶσι τῆς δείπνης, καὶ σπείσασι, τὸ λοιπὸν τῆς ἀκράτης τῷ διδόντι παιδὶ ἐκπιεῖν διδόναι. id est, *Mos erat ut cum surgerent à mensa, cumque bibissent, vini reliquum puero illi darent, qui bibere ministrasset.* Honestum vero id olim ministerium fuisse idem Athenæus lib. x. Dipnosophist. auctor est, qui non solum apud Græcos, sed & Romanos morem fuisse scribit, *ut nobilissimi juvenes in conviviis,*

a *Lib. 5. de Asse & partibus ejus.*

viis, & sacris publicis id munus obirent. Apud Persas quoque pocillatorum munus honorificum fuisse Herodotus libro tertio testatur, cum ait *filium Præxaspis fuisse Cambysis pincernam*, & addit τιμὴ ὦ ταύτη ἐ σμικρή. Et regii pincernæ Neemiæ, qui Xerxi ministrabat, meminit Josephus libro secundo Antiquitat. Judaic. cap. v. Regii autem pocillatores ea in re magnam curam, & diligentiam adhibebant, ut aptissime, decentissimeque vinum funderent, ac Regibus propinarent : Phialam tribus summis digitis ita offerentes, ut facillime prehendi posset. Quod Xenophon lib. I. παιδ κυρ. sic refert : Οἱ ὦ τ βασιλέων τέτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχέυσι κ) καθαρῶς ἐσχέυσι, κ) δίδυσι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ἐχοῦντες τὸ φιάλὸ, κ) ὡς φερόσφέρυσιν ὡς ἂν εὐδοῖεν τὸ ἔκπομα ἐκλη-πλότατα τῷ μέλλοντι πίνειν.

PRÆGVSTATOR servus, qui cibos, potumque principis prægustat. ex ministris enim qui epulas infe-

inferebant, quidam prægustatorum munere fungebantur. Tacitus: *Is inferre epulas, & gustum explorare solebat.* Idem libro XIII. Histor. August. *Mos habebatur principum cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum propria, & parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibus, potusque ejus delectus ex ministri gustu explorabatur, ne omitteretur institutum, aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est.* Et quia vita Regum & principum multis insidiis erat exposita, ne venena eis infunderentur, calicem labris non ante admovebant, quam pocillatores potum gustu exploraſſent. Eaque de causa, post phialam porrectam qui Regi à poculis erant, cyatho ex ea haustum vinum in sinistram manum fundentes absorbebant. Quem ritum Xenophon lib. I. παιδ. κυρ. ita narrat: Οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι

ἐνδιδῶσι τῳ φιάλῳ, δρύσαντες ἀπ' αὐτῷ τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι καταῤῥοφῶσιν, ἢ δὴ ἐπιφάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Justinus lib. XI. refert *Antipatri etiam filios Philippum & Iollam prægustare, & temperare Alexandri potum solitos.* Eandem quoque in cibis cautionem adhibuisse Reges, & cum sibi à venenis timerent, non nisi prægustatos cibos cœpisse, Xenophon in Hierone, & Athenæus lib. III. memorant. Primos vero Persas instituisse, ministrorum gustu cibos explorari, Suidas tradit his verbis: Ἐδέατρ τὸ μετὰ ὄνομα Ἐλληνικὸν, ἡ ὃ χρεία Περσικὴ ἦν, ὃς προγεύσης τὸ πρῶτον, ἢ προήδιεν, τῷ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. Hujus meminit Suetonius in Claudio c. XLIV. de *Haloto spadone, prægustatore Augusti*; & vetusta inscriptio, quæ Romæ in monte Viminali in quadam vinea eruta est:

VOTVM SYLVANO SOLVIT LIBENS MERITO T. F. DIADVMENVS LVRVESIANVS PRAEGVSTATOR AVGVSTI.

OBSONATORES servi obsoniis

niis comparandis præerant, quorum officium erat coëmere, quæ usus domesticus expostulabat. est autem Obsonium, *quicquid præter panem, & vinum mensæ infertur*: sed cum multa & varia obsonia sint, *piscis* tamen, teste [a] Plutarcho, obtinuit, ut vel *solus*, *vel præcipue obsonium appellaretur.* Terentius: *Convertam me domum cum obsonio.* De his Seneca Epist. XLVII. ad Lucilium: *Addo obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cujus rei illum sapor excitet.* Et illud [b] Martialis in disticho cujus lemma est, *Obsonator*:

Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec unum
Addideris verbum, cœna parata tibi est.

Plautus in Milite:

Vel primarium parasitum, atque obsonatorem optimum.

[a] Mar-

a 4. *Sympos. Problem.* 4. b *Lib.* 14. 215.

[a] Marcianus: *Cubicularios autem, vel obſonatores, vel eos qui piſcatoribus præpoſiti ſunt, non videri negotiationis appellatione contineri.* Athenæus refert, *quod domino convivii, ſimul ac decubuiſſet, ſchedula offerri ſolet, quæ obſonia omnia ordine deſcripta haberet, ut ſciri poſſet, quid primo, & quid poſtremo miſſurus eſſet coquus.*

STRVCTORES ſervi dicuntur, qui inſtruendæ menſæ, ciborumque perite apponendorum curam habent. [b] Plautus Menæchmis:

Cereales cœnas dat, ita menſas extruit,
Tantas ſtruices concinnat patinarias.

Seneca lib. De vita beata cap. XVII. Quare ars eſt apud te, miniſtrare? nec temere, & ut libet collocatur argentum, ſed perite ſtruitur, & eſt aliquis ſcindendi obſonii magiſter. Juvenalis Sat. V.

Structo-

a *Leg.* 65. *ff. de leg.* 3. b *act* 1. *ſc.* 1.

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectas.

Petronius: proprium convenientemque materiæ structor imposuerat cibum. Athenæus l. IV. Dipnosophist. Ἰόβας ὁ βασιλεὺς τ αυτὸν εἶναι φησὶ τραπεζοκόμον, ὃν τ ἀπὸ ῥωμαίων καλούμενον στρόκτορα. Id est: *Iuba rex eundem censet esse mensæ curatorem, quem Romani structorem, appellant.* Item ii qui decoro manuum gestu cibos discerpunt. Mart. lib. x.

Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ.

Qui vero cibum scindentes, carpentesque præministrabant, Carptores dicti. Juvenalis:

——— *carptores, archimagiri.*

quos *diribitores* Apuleius lib. II. Metam. vocat: *Diribitores plusculi splendide amicti, fercula copiosa scitule ministrantes.* Hi & scissores dicti.

Petro-

Petronius: *Processit statim sciſſor, & ad ſymphoniam ita geſtulatus laceravit obſonium; ut putares Darium hydraule cantante pugnare:* De quibus & Seneca eleganter Epiſt. XLVII. *Cum ad cœnandum diſcumbimus, alius ſputa deterget, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit, alius pretioſas aves ſcindit; pectus, & clunes, certis ductibus circumferens manum eruditam, in fruſta excutit. Infelix qui huic rei uni vivit ut altilia decenter ſecet? niſi quod miſerior eſt, qui hoc voluptatis cauſa docet, quam qui neceſſitatis diſcit.* Hinc [a] Juvenalis eosdem *cheironomontas* appellat:

——— *& cheironomonta volanti*
Cultello, ———

Et Sidonius lib. IV. *Inter Apicios epulones, & Byzantinos cheironomontas.* Vide Lipſium lib. I. cap. II. Saturnal. Serm. Porro non ſolum eximia

a *Lib. 5: verſ. 120.*

eximia forma pueri, sed etiam puellæ in conviviis olim ministrabant. Seneca Epist. cx. *Hinc puerorum perspicuos, cultu atque forma greges, hinc fœminarum.* Et Apuleius lib. II. Metamorph. *Sed assidue respiciens præministrantem Fotidem, inibi recreabar animi.* Erant & structores annonæ. Cicero lib. XIV. Epist. ad Atticum: *Ecce autem structores nostri ad frumentum emendum profecti, cum inanes rediissent, tumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari.* Et structores, fabri cæmentarii; de quibus Cicero lib. II. Epist. V. ad Q. fratrem: *A puero ut discessi, in aream tuam veni, res agebatur multis structoribus. Longilum redemptorem cohortatus sum: domus erit egregia.* Et structores Tribonianus *ædificatores* interpretatur; & *structores buculatorum.* Vegetius quoque libro II. cap. II. de Re militari in exercitu structores esse asserit, & in ministeriis

riis militaribus ſtructorum mentio in Epiſtola, quæ à Vopiſco in Aurelianum refertur. Ad hujusmodi ſervorum miniſterium referenda eſt hæc vetuſta inſcriptio trans Tyberim eruta:

T. CLAVDIVS ONESIMVS STRVCTOR FECIT IVLIAE POTITAE CONIVGI SVAE ET CLAVDIAE FILIAE SVAE: VIXIT AN. IIII MENS. II. ET SIBI POSTERISQ. SVIS.

MINISTRATORES ſervi menſæ adſtabant, & ad nutum dominorum intuentes diligenter miniſtrabant; per quos ſigno dato ad inferendam cœnam diſcurritur. Seneca Epiſtola XCV. *Tranſeo*, inquit, *piſtorum turbam, tranſeo miniſtratorum, per quos ſigno dato ad inferendam cœnam diſcurritur.* Ammianus Marcellinus lib. XXIII. tradit Perſas hujusmodi miniſtratores etiam habuiſſe, atque adeo inhumaniter tra-

tractasse, ut cutes vivis detraherent: Cutes, ait, *vivis hominibus detrahunt particulatim, vel solidas: nec ministranti apud eos famulo, mensæque adstanti, hiscere, vel loqui licet, vel spuere: ita rostratis pellibus labra omnium vinciuntur.* De his [a] Alfenus: *Et sibi videri eos demum usus sui causa patremfamilias habere, qui ad ejus corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi, destinatique essent. quo in genere junctores, cubicularii, coci, ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati essent, numerarentur.*

VOCATORES servi in ministerio Augustorum, & illustrium virorum erant. quorum munus convivas advocare, excipere, & discumbentibus loca pro dignitate cujusque statuere. Plinius lib. xxxv. cap. x. *Invitatus ad regis cœnam venit, indignantique Ptolomæo, ac vocatores suos ostendenti, ut diceret, à quo*

F *eorum*

a *Leg. In lege Censoria. ff. de verb. significat.*

eorum invitatus esset, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineavit. Seneca de Ira lib. 1. *Minus honorato loco positus irasci cœpisti convivatori: vocatori ipsi qui tibi præferebatur.* Suetonius Caligula: *Compererat provincialem locupletem ducenta sestertia numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur.* De his hoc Martialis carmen:

Iam dices mihi, vapulet vocator.

Et Catullus in Hendecasyllabis.

Quærunt in trivio vocationes.

ADMISSIONALES vocat Lampridius in Alexandro ministros, qui adire principem volentes, admittendos curant: *Salutaretur*, inquit, *quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.* sicut apud Capitolinum Censuales esse videntur, qui senatui subserviunt, & qui Censoribus assistunt, famulantur, ubi de senatusconsulto tacito: *Ita ut non scribæ*, inquit, *non servi publici,*

blici, non censuales illis actibus interessent, senatores exciperent, senatores omnium officia censualium, scribarumque complerent, nequid forte proderetur. Sidonius ad Namatium: *Mistus turmæ censualium æmulatorum consulis proxime proximus eram.* Laudantur Vespasianus, M. Antoninus, & Alexander Severus Imperatores *quod salutarentur patente cubiculo, ministris admissionalibus remotis.* Scrutatores in aula Claudius primus instituit, qui ad principem salutandi, vel qua alia causa venientes excuterent. Suetonius: *Salutatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus, & acerbissimos: quos tamen Vespasianus iterum sustulit*, ut idem Suetonius cap. XII. in Vespasiano refert.

COCVM, & PISTOREM apud veteres eundem fuisse auctor est Festus. nam Coci initio dicti, qui faciebant panem, & coquebant primum sub cinere in foco, postea in

furno. Cato de pane: *In foco calido sub testa coquito leniter.* Seneca ad Lucillium: *Farinam aqua sparsit, & assidua tractatione perdomuit, finxitque panem, quem primo cinis calidus & fervens testa percoxit:* Et [a] Vlpianus lib. xx. ad Sabinum: *Mulieres, quæ panem coquant, quæque villam servent.* Cocum autem Jureconsulti nominant non solum qui *officium sciat*, id est *usitatos cibos præparet; verum etiam qui artificium, & urbanas mensas, & lautiora instruebat convivia.* [b] Vnde Cajus ait, *quod venditor, qui optimum cocum esse dixerit, optimum in eo artificem præstare debet; qui vero simpliciter cocum esse dixerit, satisfacere videtur etiamsi mediocrem cocum præstet.* Huc pertinet illud Ciceronis pro Sexto Roscio: *Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios.* Et Martial. libro XIV. Epigr. CCXX. alludit:

Non

a *Leg.* 12. §. 5. *ff. de instr. vel instrum. leg.*
b *L. legatis servis. ff. de leg.* 3.

Non satis est ars sola coquo, servire palato.
Namque coquus domini debet habere gulam.

Meminit de hoc servorum genere Titinius Setina:

Coquus magnum ahenum, quando fervit, paulla confutat trua.

Cicero in Epist. ad Pætum: *In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari.* Suetonius in Vitellio: *Continuo igitur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus, pistore, & coquo Aventinum, & paternam domunculam petit.* Scitum est illud Ciceronis, quod à Quintiliano lib. VI. Orat. Institut. refertur, cum is candidatus, qui coci filius habebatur, coram eo suffragium haberet: *Ego coque*, inquit, *tibi jure favebo; alludens scilicet ad coquinarium jus.* Coquos vero antiquis mos erat è foro conducere. Plautus Aululariа:

Postquam obsonavit herus, & conduxit coquos,
Tibicinasque hasce, apud forum, edixit mihi,
Vt dispartirem obsonium hic bifariam.

Et paulo post:

Coquus ille nundinalis est, in nonum diem
Solet ire coctum.

Idem Pseudolo:

Nam si ego juratus pejorem hominem quærerem,
Coquum non potui, quam hunc quem duco, ducere,
Multiloquum, glorioſum, insulsum, inutilem.
Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se noluit,
Vt esset hîc qui mortuis cœnam coquat.
Nam hic solus illis coquere, quod placeat, potest.

Et

Et pro cujusque artificio pluris minorisve coci conducebantur. hinc apud [a] Plautum cocus sociis suis omnibus ad coquendum abductis, cur solus ipse eo die quasi unus obsessor fori præteritus esset, hanc rationem reddit:

Illi drachmis iissent miseri, me nenemo potest
Minoris quisquam nummo, ut surgam, subigere.

Et ad cœnam nuptialem coquendam à Megadoro conductus Congrio, sic in Aulularia ait:

Nummo sum conductus; plus jam medico mercede opus est.

Vbi nummum aureum, pluris duobus aureis nostris æstimatum antiquitus, intelligunt. Coquos vero, & alios id genus gulæ ministros, etiam Persarum in aula abundasse ex eo patet, quod inter Darii impedimenta, quæ Damasco capta Parmenionis potestatem

ſtatem venerunt, inventi ſunt, ut Athenæus tradit, *coci ducenti, ſeptuaginta ſeptem.*

PISTORES dicebantur, qui ante inventum molarum uſum far *pinſebant*, id eſt, *tundebant pilis*, vel molis truſatilibus frangebant. Varro Taphemenippo: *Nec piſtorem ullum noſſent, niſi eum qui in piſtrino pinſeret farinam.* Servius in lib. I. Æneid. *Quia apud majores noſtros molarum non erat uſus; frumenta torrebant, & ea in pilas miſſa pinſebant, & hoc erat genus molendi.* Vnde & *pinſores* dicti ſunt, qui nunc *piſtores* vocantur. De his [a] Vlpianus: *Piſtorem, & tonſorem, qui familiæ ruſticæ cauſa parati ſunt.* & [b] Pomponius: *Si ita teſtamento ſcriptum ſit, qui tabernarum exercendarum, & inſtruendarum, piſtrini, cauponæ cauſa facta, paratæque ſunt, do, lego. his verbis Servius reſpondit & caballos, qui in piſtrinis eſſent, & piſtores,*

a *Leg.* 12. §. 5. *ff. de inſtr. vel inſtrum. leg.*
b *Leg.* 15. *ff. de fund. inſtr. leg.*

res, & in caupona institores, & focariam, mercesque quæ in his tabernis essent, legatas videri. Suetonius in Cæsare: *Domesticam disciplinam in parvis & majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem alium quam sibi panem convivis subjicientem compedibus vinxerit.* Varro in Satyra de eduliis: *Si quantum operæ sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem.* Pistores autem non tantum panem faciebant, ut diximus, sed etiam farinam molis frangebant. Pomponius Comicus: *Cum neque molis molui, neque palmis pinsui.* Eusebius in Chronicis: *Paulus ad molas manuarias pistorem se locavit.* Erant & pistores sub cura patronorum, & præfecti annonæ; qui pensum & munditiam panis exigebant. Cassiodorus in formula præfecti annonę: *Per officinas pistorum discurris, pensum, & mundiciam exigis.*

Molitores servi, qui ad usum rusticum parati sunt. [a] Vlpianus: *Item*

a *Leg.* 12. *s.* 5. *ff: de inſtr: vel inſtrum. leg.*

molitores, si ad usum rusticum parati sunt. Pomponius in pistore; *Decipit vicinos. Quod molendum conduxit, comest.* Et in eadem Comœdia pistor: *Plus quæsti facerem, quam quadrinas si haberem molas.*

Sed cum de ordinariis & vicariis servis, & eorum officiis ac ministeriis satis à nobis dictum esse videatur: sequitur ut de mediastinis, quorum supra mentionem fecimus, post hac nonnihil dicamus.

MEDIASTINI, viliſſimi balnearum atque ædium ministri sunt, qui nec inter ordinarios, nec inter vicarios certam quandam servorum constituunt differentiam: quamvis aliter [a] Porphyrio, & Acron in hunc [b] Horatii versum de mediastinis sentiant:

Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

Vbi mediastinum accipiunt mediæ civi-

a *Leg.* 15. §. 44. *ff. de injuriis. Lib.* 1. *epist.* 14.

civitatis incolam, & in balneatoris officio intelligi posse mediastinum putant, sicut & Priscianus, quod in medio balnei stare soleant. Restius Nonius mediastinos pro balneatoribus, itemque pro ministris, & curatoribus ædium accipit, quod in medio stent, ut omnibus ministrent, sicut in navibus *mesonautæ* dicti, quod in media navi simili servitutis genere omnibus præsto sunt. At in agro mediastini sunt, qui abjectissima quæque munia inter servos obeunt. [a] Vlpianus: *Etenim multum interest qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator: an vero vulgaris, vel mediastinus.* [b] Idem: *Cum de servi operis artificis agitur, pro modo restituendæ sunt: sed mediastini secundum ministerium.* Cicero in Catil. *Magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, & rusticis mediastinis, decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere,*

a *Leg. citata.* b *Leg. ult. ff. de oper. servor.*

rere, quam illum exercitum maluerunt. Columella. lib. 1. de re Ruſtica: *Mediaſtinus qualicumque ſtatu poſſit eſſe, modo perpetiendo labori ſit idoneus.* Idem: *Propter quod*, inquit, *ſeperandi ſunt aratores à vinitoribus, & vinitores ab aratoribus, iique à mediaſtinis*, Hinc illud Lucilii: *Villicum Ariſtocratem mediaſtinum, atque bubulcum.* Sunt qui Jureconſultorum reſponſa de mediaſtinis ſic intelligunt, ut eos mediaſtinos eſſe putent, qui nullos ſub ſe vicarios habent, ſi enim haberent vicarios, non amplius mediaſtini, ſed ordinarii dicebantur; idque ex hoc [a] Vlpiani reſponſo, quo atrienſes inter mediaſtinos refert: *Cæterum ſi quis*, inquit, *opera mediaſtini fungitur, non continetur: ut puta atriarii, & focarii, & his ſimiles.* Verum atriarios ego alios eſſe ab atrienſibus puto; illos honeſtioris conditionis, hos minus honeſtos, qui ad atrium ejus obſervandi

a *Leg.* 1. §. *caupones. ff. naut. caup. ſtab.*

vandi gratia ſtarent. De quibus Cicero in Paradoxis : *Vt in familia, ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur ſervi, ſed tamen ſervi, atrienſes ac topiarii.* Inter mediaſtinos referendi ſunt *hoſtiarii, ſcoparii, peniculi, unctores, focarii, fornacarii, balneatores*, & his ſimiles.

HOSTIARII oſtii cuſtodes, more antiquo ad hoſtium catenis religati erant, ut Suetonius in lib. de claris Grammaticis refert, ejus etiam moris mentio eſt apud [a] Ovidium in illo verſu :

Ianitor indigne dura religate catena
Difficilem moto cardine pande forem.

& apud Afranium, quem Feſtus & Nonius ajunt ſic in Vopiſco ſcripſiſſe : *Hoſtiarii impedimenta titinnire audio :* verbum *Titinnire* idem eſſe quod *ſonare*, indeque tintinnabulum appellari contendentes. De his ſcite

a *Lib.* 1. *Amorum. eleg.* 6.

admodum & facete Plautus sic in Asinaria.

——— *nolo ego fores conservas meas*
A te verberarier : sane ego sum
amicus nostris ædibus.
ME. *Pol haud periclum est cardines ne foribus effringantur,*
Si istoc exemplo omnibus, qui quærunt, respondebis.
LI. *Ita hæc morata janua'st, extemplo janitorem*
Clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem.

Festive autem servus fores domus herilis *conservas* suas vocat, quomodo & Ovidius in libris Amorum :

Duraque conservæ ligna valete fores.

De hostiariorum officio Salvianus lib. III. de providentia Dei : *Siquidem intra januas non modo illustrium portarum, sed etiam præsidum, aut præpositorum, non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos, aut judex voca-*

vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit; ita ut si quispiam ingressus insolenter fuerit, aut cædatur, aut propellatur, aut aliqua verecundiæ, & existimationis suæ labe mulctetur. Et Seneca lib. III. de Ira, cap. XXXVII. *Iratum vidisti amicum tuum ostiario causidici alicujus, quod intrantem submoverat; & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti.* Idem lib. XI. de tranquillitate vitæ: *Domus hæc sapientis angusta, sine cultu, sine strepitu, sine apparatu, nullis observatur janitoribus, turbam venali fastidio digerentibus: sed per hoc limen vacuum, & ab hostiariis liberum, fortuna non transit.* Et paullo ante: *Ille pusilli animi est, quod sibi placet, quod hostiario libere respondit, & virgam ejus fregit.* Varro I. de Re rustica, cap. XIII. *Eumque scire qui introëat, aut exeat noctu, quidve ferat, præsertim si ostiarius est nemo.* Plinius lib. XII. c. XIV. *Præter hos & custodes, satellitesque,*

&

& oſtiarii, & miniſtri populantur. [a] Vlpianus: *Domo*, inquit, *ita ut inſtructa eſt cum omni jure ſuo legata, urbanam familiam: item artifices, quorum operæ cæteris quoque prædiis exhibebantur, legato non contineri. hoſtiarii autem, vel topiarii, diætarii, aquarii domui tantum deſervientes continebuntur.* [b] Idem: *Cellarium quoque id eſt, ideo præpoſitum, ut rationes ſalvæ ſint, item oſtiarium, mulionemque inſtrumenti eſſe conſtat.* [c] Alfenus ait *textoribus omnibus, qui ſui eſſent, cum morereiur, legatis; & eum quem poſtea ex his oſtiarium feciſſet, legato contineri. non enim ad aliud artificium, ſed ad alium uſum transductum eſſe.* Porro, quo ignoti ædium ingreſſu arcerentur, non longe ab oſtiarii cella, canis ingens, catena vinctus, in pariete erat pictus, ſuperque quadrata litera ſcriptum CAVE CANEM, ut

a *Legat.* 12. §. *Idem reſpondit. ff. de inſtr. vel inſtrum.* b §. 9. *eod. tit.* c *Leg.* 61. *ff. de legat. lib.* 3.

ut Petronius Arbiter Satyrico refert. Nam ex [a] edicto Ædilium canem mordacem ita habere, ut cuiquam nocere, vel damnum dare posset, non licebat. Vide latius Ausonii Popmæ fratris mei Conjectanea in Varronis Satyras Menippeas. Hostiarii etiam ecclesiasticum officium, dicti ab eo quod præessent hostiis templi, ut Isidorus lib. VIII. cap. XII. auctor est. *Ipsi enim*, inquit, *tenentes clavem omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos, & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles.* Erant & in familia Libitinariorum claudendis, & aperiendis sepulchris destinati, qui Janitores sepulcrorum dicti. Julius Firmicus libro III. cap. II: *In tertio loco Mercurius cum Saturno ab horoscopo pariliter constitutus, pollinctores faciet. ac funerarios mortuorum cadave-*

a *Leg. hi enim; cum seq. ff. de ædilit. edicto.*

daverum custodes, aut sepulcrorum janitores.

SCOPARII lavandis, & stercorandis latrinis adhiberi soliti, quorum ministerium erat, ut scopis deverrant pavimenta sordentia, dicti *à scopis*, quas κόρυμα Græci nominant; ἀπὸ τὸ κορεῖν, quod *scopare, ornareque* indicat. Vnde illud apud Aristophanem elegantissimum, μὴ κόρει τὴν ἑλλάδα, *ne scopes Græciam*, id est, *ne in desolationem redigas*: sic enim loquebantur antiquiores Græci, ubi imprecatione acrius uti vellent. De his [a] Vlpianus: *Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior est, atrienses, scoparii.* Nam cum de cultiore villa agitur, recte atrienſibus junguntur scoparii; & apud [b] Plautum in Asinaria atrienſis scoparium, in quem atrienſi erat imperium, sic alloquitur:

Iussin'

a *Leg. 8. ff. de instr. leg.* b *act. 2. sc. 4.*

Iussin' scelestè, ab janua hoc stercus hinc auferri;
Iussin' columnis dejicier operas aranearum;
Iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris?
Dormitis interea domi; atque herus in haro, haud ædibus habitat.

Et in Sticho

Munditias volo fieri: ferte huc scopas, simulque arundinem,
Vt operam omnem aranearum perdam, & texturam improbam,
Dejiciamque earum omnis telas.

Ad hos Cicero in Paradoxis respexit: *Sed ut in familia, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent: sic in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dederunt, ipsius civitatis locum pene infimum obtinent.*

PENICVLI servi, qui peniculo mensam abstergebant. *erat* autem *Peniculus spongia oblonga, caudæ similis,*

milis, qua ſimiliter ut nunc menſæ abſtergebantur. Inde illud Plauti ſub perſona paraſiti in Menæchmis: act. I. ſc. I.

Iuventus nomen fecit Peniculo mihi,
Ideo quia menſam, quando edo, detergeo.

Idcirco Scena, *Sine fores*, ludens ſcripſit joculariter;

Quis iſte eſt Peniculus, quî extergentur baxeæ?

Ac eodem ab Horatio alluſum lib. II. Sat. VIII.

——— *puer alte cinctus, acernam*
Gauſape purpureo menſam pertерſit:

Martialis:

Hæc tibi forte datur tergendis ſpongia menſis
Vtilis, expreſſo cum levis imbre tumet.

Et Vlpianus ſpongias inſtrumento do-

domus adnumerat, atque iis *columnas, pavimenta, podia, mensas extergeri refert.* Peniculus etiam sive penicillus pictoris instrumentum, quo inducit in picturam colores; cujus [a] Marcianus meminit: *Peniculi*, inquit, *& cauteria, & conchæ.* Et Plinius lib. XXXV. cap. X. *Arrepto peniculo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam.* Quintilianus lib. II. Instit. cap. XXII. *Vt cælator cælum, & pictor penicilla desiderant.*

VNCTORES servi inter mancipia à patrefamilias usus causa comparata numerantur ab Arriano. Plautus Trinummo: act. II. sc. I.

——— *ducitur familia tota*
Vestipicæ, unctor, auri custos. ———

Martialis XII. epigr. LXX.

Atque olei stillam donaret opelicus unctor.

Anti-

a *Leg.* 17. *de fund. instr.*

Antiqua inſcriptio: AVRELIVS EROS VNCTOR. Et Cicero in Paradoxis: *Qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſervitutis tenent.*

FORNACATOR ſervus, qui fornacem balnei, caminumque ſuccendit. [a] Papinianus: *Inſtrumento balneatorio legato etiam balneatorem contineri, Neratius reſpondit; continetur autem & fornacator.* Hunc & fornacarium [b] Vlpianus nominat, cujus ad legem Aquiliam verba hæc ſunt: *Si fornacarius ſervus coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuerit exuſta, Neratius ſcribit ex locato conventum præſtare debere, ſi negligens in eligendis miniſtris fuerit.* Fornacarium etiam ſunt qui [c] intelligant piſtrinarium, ac piſtorem quoque. Hinc & fornacalia feriæ farris torrendi

a *Leg.* 13. & 14. *ff. de inſtr. vel inſtrum. legat.* b *Leg.* 27. §. 9 *ff. Ad l. Aquil.* c *Budæus ad l. Aquil.* §. *ſi fornacarius. l. ſi ſervus ſervum.*

rendi gratia instituta, quod ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Ovidius 11. Fastorum:

Facta dea est Fornax, læti fornace coloni.

Et paulo post:

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.

[a] *Focarium* autem qui focum curat, *& focariam, si modo aliquo officio virum adjuvet,* [b] Trebatius *instrumento contineri ait.*

BALNEATORES servi, qui balnearum curam habent, & earum usibus deserviunt. Vnde [c] Mæcianus ait *Instrumento balneatorio legato, etiam balneatorem contineri, quoniam sine his balneæ usum suum præbere non possunt.*

a *Leg.* 1. §. *caupones ff. naut. caup.* b *Leg.* 12. § *Trebatius. l.* 15. *ff. de instr. vel instrum.* c *Leg.* 17. *in fin. ff. de instr. vel instrum. l.* 15 §. 1. *ff. de usufruct.*

possunt. Balneæ autem, vel balnea, loca sunt publica, in quibus aut sanitatis, aut abstergendarum sordium causa lavamur. Balneum in singulari numero, locus in domo nostra, ubi privatim lavamur. Horum meminit Cicero pro Cœl. *Familiaris facta erat balneatori*. Plautus Truculento, act. II. sc. III.

Omnes amatores balneatores sient.

Balneatores vero ad custodienda vestimenta, conducta habebant mancipia. [a] Vlpianus : *Sive balneator fuerit, velut in quibusdam provinciis fit, in balneis ad custodienda vestimenta, conducta habent mancipia*. Qui balneas ingrediebantur, *quadrantem* balneatori solvebant ; id quod Juvenalis significat, cum ait :

Cædere Sylvano porcum, quadrante lavari.

Et Horatius Satyra III. lib. I. serm.

--- *dum*

a *Leg.* 4. § 2. *ff. de his qui not. infam.*

——— *dum tu quadrante lavatum*
Rex ibis, ———

Veteres ante cœnam plerumque balneas adibant. hinc de parasito vocato ad cœnam Plautus Persa:

Iam pol ille hîc aderit, credo, congerro meus.
SA. *Me dicit, euge! TO. Lautum credo à balneis*
Iam hic adfuturum.

Et antequam irent ad tonsorem. Servus in tonstrina residens, apud Plautum Asinaria:

Ille in balneas iturus'st, inde huc veniet postea.

Vbi prius quidem se lavabant, deinde ungebantur. Plautus Pœnulo:

——— *ubi tu laveris, ibi*
Vt balneator faciat unguentariam.

Apuleius lib. IV. Metamorph. *In fine sermonis hujus statim sese devestiunt: nudatique, & flammæ largissimæ vapore recreati, calidaque*

perfusi, & oleo peruncti, mensas dapibus largiter instructas accumbunt. Tum fricabantur. Plautus Pseudolo: act. IV. sc. VII.

Vncti hi sunt senes. fricari sese ex antiquo volunt.

Idem Pœnulo, de ornatu muliebri agens:

Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi.

quo in genere Lucilianum illud: *Scabor, supellor, desquamor, punicor, ornor, expilor, pingor.* Sed qua hora veteres ad balnea ibant? Plinius de Spurina loquens sic refert: *Vbi hora balnei nuntiata est (est autem hyeme nona, æstate octava) in sole ambulat nudus: lotus accubat.* Ergo balnei hora æstate, *octava*: hyeme, *nona.* Martialis: lib. x. Epigr. XLVIII.

Nun-

Nunciat octavam Phariæ sua turba juvencæ.
Temperat hæc thermas: nimios prior hora vapores
Halat. ——

Tertullianus de Jejuniis adversus Psychicos: *Apud quasdam vero colonias præterea annuo ritu sacris veluti & cinere conspersi, idolis suis invidiam supplicem objiciunt. Balnea, & tabernacula in nonam usque clauduntur.*

Infimæ, & miserrimæ conditionis inter servos erant, qui [a] compedibus vincti villarum, ac possessionum ergastulis continebantur; unde illa apud [b] Plinium de imminuta agriculturæ dignitate querela: *At nunc*, inquit, *eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent.* Et Seneca libro VII. De Benefic. cap. x. *O miserum, si quem delectat sui patrimonii liber magnus, & vasta*

a *Leg.* 15 *s.* 44. *ff. de injuriis.* b *Lib.* 18. *cap.* 111. *Natur. Hist.*

ſpatia terrarum colenda per vinctos. De his Ovidius in libro de Ponto, ad Græcinum, de ſe loquens:

Hæc facit ut vivat vinctus quoque compede foſſor;
Liberaque à ferro crura futura putet.

Seneca libro de Tranquillitate animi cap. x. *Cogita compeditos primo ægre ferre onera, & impedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, ſed pati propoſuerunt, neceſſitas, fortiter ferre docet; conſuetudo, facile.* Et Propertius:

Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.

Ad eosdem reſpexit Martialis libro IX. Epigram. XXII.

Vt Setina meos conſumat gleba ligones,
Et ſonet innumera compede Tuſcus ager.

Dicun-

Dicuntur & *Alligati* à [a] Columella, dum ſcribit *vineta plurimum, per alligatos excoli.* [b] Seneca *ſonantia laxi ruris ergaſtula* vocat; Plautus *genus ferratile*, quod annulatis cruribus atterunt aſſidue ferrum. Moſtellaria: act. 1. ſc. 1.

Cis Hercle paucas tempeſtates, Tranio,
Augebis ruri numerum, genus ferratile.

Et Martialis:

Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus.

Annulus enim pro compede, à ſimilitudine quæ illi cum annulo. Plautus Menæchmis: act. 1. ſc. 1.

Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo.
Tum compediti annulum lima proterunt,
Aut lapide excutiunt clavum.

a *Lib.* 1. *cap. ult.* b *Lib.* 111. *Controverſiarum.*

Græci ad rura excolenda etiam ſervis utebantur, quos Athenienſes θῆτες, Lacedæmonii εἱλώτας, Theſſali πενέστας, Cretes κλαρώτας vocabant, ut [a] Ariſtoteles, Halicarnaſſeus, Pollux, Æmilius Probus, & [b] Suidas referunt. Et Perſis vinciendorum ſervorum uſitatum morem fuiſſe [c] Xenophon lib. I παιδ. κύρ. tradit.

ARENARII, qui in harenam depugnandi cauſa intromiſſi eſſent, in extremæ notæ ſervis fuerunt. itaque niſi à venditore id palam pronunciatum eſſet, ſervi redhibendi gratia ex edicto ædilium judicium dabatur: qui poſtea manumiſſi civitatem Romanam ſperare non poterant, ſed dedititiorum numero habebantur. Horum meminit [d] Vlpianus: *Item ſi quod*, inquit, *mancipium capitalem fraudem admiſerit: mortis conſciſcendæ ſibi cauſa quid fecerit: inve harenam depugnandi cauſa*

a *Leg.* 1. *Politic.* b *Onomaſt.* c *In Pauſan.* d *Leg.* 1. §. *item ſi quod*, ff. *de ædil. edict.*

ſa ad beſtias intromiſſus fuerit : ea omnia in venditionibus pronuncianto. ex his enim cauſſis judicium dabimus.

HELCIARII ſervi, qui loris & capiſtris juncti, adverſis fluminibus, aut vento contrario naves, vel machinas, molasque trahunt. Martialis, lib. IV. Epigr. LXIV.

Quem nec rumpere nauticum celeuma,
Nec clamor valet helciariorum.

Apuleius libro IX. Metamorphoſ. *Iamque maxima diei parte transacta, defeſſum alioqui me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præſepio.* Et paulo poſt: *Helcio tandem abſolutus refectuique ſecure redditus.* Sunt præterea & alia ſervorum genera, quorum alii *receptitii*, alii *adſcriptitii*, alii *originarii*, alii vero *fructuarii* dicuntur.

RECEPTITIVS ſervus eſt, non ut Feſtus interpretatur, *qui ob vitium redhibitus ſit*, ſed ut recte Gel-

lius, *quem mulier in danda dote, aut donatione receperat.* Quoties enim *mulier dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad virum transmittebat, ea* recipere *dicebatur,* id est, *excipere*, ne in dominium mariti cum reliqua dote venirent. Cato in suasione legis Voconiæ: *Principio vobis mulier magnam dotem attulit: tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestate non committit; eam pecuniam viro dat mutuam:* postea *ubi irata facta est, servum receptitium sectari, atque flagitare virum jubet.* Eundem Plautus in Asinaria *Dotalem servum* nominat:

Dotalem servum Saurcam uxor tua
Adduxit, cui plus in manu sit, quam tibi.

Et

a *Lib.* 17. *Noct. Attic. cap.* 6.

Et * Papinianus : *Servum*, inquit, *dotalem vir, qui solvendo est, constante matrimonio manumittere potest ; si autem solvendo non est, licet alios creditores non habeat, libertas servi impedietur, ut constante matrimonio deberi dos intelligatur.*

[a] ADSCRIPTICIVS servus, quem Justinianus ἐναπόγραφον vocat, qui prædio, vel terræ alicui perpetuo colendæ sit [b] adscriptus, sic ut inde se movere non possit, & omnia bona dominis prædiorum [c] adquirat. Horum conditio Adscripticia [d] dicitur ; & appellantur modo *originarii*, modo *coloni*, nonnunquam *agricolæ* : qui utcunque conditione liberi esse videri possunt, cum durum illud dominorum jugum ut alia mancipia, non patiuntur, servi tamen existimantur, & eorum sunt

* *Leg.* 21. *ff. de manumissionibus.* a *Novell. Constit.* 22. b *Leg.* 54 §. *ult. ff locati. leg.* 32. *ff. de pignor.* c *Leg.* 6. 18. 22. *Cod. de agricol. censit. & Colon.* d *Leg. ult. Cod. de transactionibus.*

numero, partim respectu terræ, cui perpetuo sunt adsignati; partim dominorum consideratione, quorum dominis non secus quam servi subjiciuntur. *Quæ enim differentia*, inquit Justinianus, *inter servos, & adscripticios intelligatur, cum uterque in domini sui potestate est positus, & possit servum cum peculio manumittere; & adscripticium cum terra dominio suo* [a] *expellere.* Hos etiam *partiarios* quidam vocant.

[b] ORIGINARII, qui & originales appellantur, ex adscripticiis nati sunt in ipso solo, sive fundo; & *ejusmodi sine terra, quam coluerunt, vendi nequeunt.* [c] Sic & [d] Originaria.

[e] FRUCTUARII servi vocantur, in quibus usumfructum quis habet, sed alterius est proprietas.

Nam

a *Leg. cum satis. Cod. de agric. & censit.* b *leg.* 4. *Cod. eod.* c *eod. leg.* 7. 11. *Cod. eodem.* d *leg.* 7. *Cod. de murilegulis.* e *leg.* 37. §. 5. *ff. de acquirend. rer. domin. leg.* 39. *ff. de stipulat. serv.*

Nam & fructuarii ſervi in ſervitute fuiſſe videntur, *nec tam proprietatis cauſa ad quæſtionem, quam miniſterii* [a] *pertinent.* Vlpianus: *Suos autem ſervos, vel ancillas eos accipimus, qui ſunt pleno jure teſtantis. inter quos fructuarii non continebuntur.* De iis autem ſervis, quos veteres morboſos, & fugæ ſuſpectos habebant, in edicto Ædilium Curulium, qua parte de mancipiis vendundis cautum, ſcriptum ſic fuit: *Titulus ſervorum ſingulorum, ut ſcriptus ſit curato, ita ut intelligi recte poſſit, quid morbi, vitiique cuique ſit; Quis fugitivus, errove ſit, noxave ſolutus non ſit.*

FVGITIVVM ſervum [b] Oſilius definit, *qui extra domini domum, fugæ cauſa, quo ſe à domino celaret, manſit:* Cælius *eum, qui ea mente diſcederet, ut ne ad dominum rediret: qui ex animo, & affectu fugæ, non ex ipſo fugæ actu æſtimandus.* Quod tamen

a *Leg.* 27. *ff. ad leg. Iul. de adult.* b *Leg.* 17. *in princ. & §.* 1. *cum ſeq. ff. de ædilit edict.*

men ſic accipiendum eſt, ut ſolo propoſito fugiendi à domino ſervus fugitivus non fiat, *niſi in ipſum factum fugæ*, initio mente [a] *deduxerit*. De his Plautus Menæchmis:

Homines captivos qui catenis vinciunt:
Et qui fugitivis ſervis induunt compedes.

Idem in Captivis:

Apage, haud nos deceat fugitivos imitari.

Fugitivi autem notis, vel literis compungi ſolent, quibus perſæpe dignoſcuntur, & deprehenduntur; [b] *ſed & pedum amputatione coërceri, & qua parte peccaſſent*, eadem mulctari. Quintilianus: *Si quis fugitivo ſtigma ſcripſerit*. Petronius Arbiter: *Notum fugitivorum epigram-*

a *Leg.* 225. *ff. de verb. ſignific.* b *Leg.* 3. *Cod. de ſerv. fugit.*

gramma. Capitolinus in Macrino: *Servos, qui à dominis fugissent, repertos, ad gladii ludum deputabat.* Solebant & servi fugitivi ne deprehenderentur, & ut hanc gravem pœnam evitarent, excluſis utrimque auribus capite operto incedere. itaque apud Senecam de Mæcenate ſcriptum: *Hunc esse qui in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, excluſis utrimque auribus, non aliter quam in mimo Divite fugitivi solent.* Vtilitatis vero cauſa receptum eſt, ut ſervi qui ſunt in fuga, pro furtivis habeantur, [a] *ne usucapi, vel longi temporis præscriptione adquiri possint*; & ſic à fuga deterreantur, ſi nec recipi ſe poſſe à quoquam, vel celari impune, intellexerint, nec alteri adquiri ullo titulo. *Qui vero à domino non agnoſcuntur, per officium præfecti vigilum distrahuntur, & intra triennium à*

a *Leg.* 1. *C. de ſervis fugit.*

die venditionis agniti, emptor pretium à fisco recipere potest, sed post triennium domino vindicantes, emptor summovet præscriptione triennii.

FVGITIVARIVS est, ad quem se fugitivus receperat, & qui eos reducit; vel qui dominis indicat, ubi fugitivi celenter. [a] Vlpianus: *Si apud te ego, & fugitivarius deposuimus.* Et qui fugitivos servos persequitur, id quod ex L. Annæo Floro perspicuum, dum bello servili, uti capta fuerint prætorum castra, & fugati cives refert: *Ita*, inquit, *qui per fugitivarios retrahi debuissent, prætorios duces profugos prælio ipsi sequebantur.* Ad officium autem præfecti vigilum spectat, *ut* [b] *fugitivos conquirat, & dominis agnoscentibus reddat*, non agnitos vendat. Moris etiam Romani, ut is, cujus servus fugerat libello proposito, vel per præconem denunciaret, tantum

a *Leg.* 18. *ff. de præscrip. verbis.* b *leg. ult. ff. de off. præf. vigil.*

tum se daturum ei, qui ad se servum perduxisset. Plautus Mercatore, Act. III. Sc. ult.

Certum est præconem jubere jam
quantum est conducier,
Qui illam investigent, inveniant.
Post ad Prætorem
Ibo, orabo, ut conquisitores det mihi
in vicis omnibus, &c.

Curius Fortunatius J. C. Rhetoricæ lib. I. *Cujus servus fugerat libello proposito, vel per præconem nuntians, dixit daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset.* Et [a] Vlpianus: *Si tibi indicium dedero ut fugitivum meum indices, vel furem rerum mearum; non poterit repeti quod datum est.*

Furcifer servus vocabatur, qui ob flagitium aliquod furcam in collo circumferre per urbem, aut viciniam à domino cogebatur, igno-

a *Leg. 4. ff. de cond. ob turp. causam.*

ignominiæ magis, quam ſupplicii cauſa. Iſidorus: *Furcifer dicebatur olim, qui ob leve delictum cogebatur à dominis, ignominiæ magis, quam ſupplicii cauſa, furcam circa urbem ferre, prædicans peccatum ſuum, & monens ceteros, ne quid ſimile peccarent.* Meminit hujus ſupplicii Plutarchus in Coriolano, cum humane habitos ſervos à priſcis dominis narrat: Ἦν ὃ μεγάλη κόλασις οἰκέτου πλημμελήσαντος, εἰ ξύλον ἁμάξης ὃ τὸν ῥύμον ὑπερείδουσιν ἀράμενος διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν, ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, καὶ ὀφθεὶς, ἀνέτι πίστιν εἶχεν, ἐκαλεῖτο δὲ φορνίφιξ. Id eſt: *Erat autem magna caſtigatio ſervi delinquentis, ſi lignum currus, quo temonem ſuſtentant, ferens exiret circa viciniam. Id enim paſſus, & ſic conſpicuus, non ultra fidem habebat, & vocabatur Furcifer.* Plautus in Amph.

Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis, furcifer
Accipiam. ——

Teren-

Terentius in Andria:

Oh! tibi ego ut credam furcifer?

Hinc *trifurcifer*, insignis furcifer dicitur. Vnde Plautus in Aululari a:

——— CON. *tu trium literarum homo,*
Vituperas me? AN. *etiam fur trifurcifer.*

Furcam vero quam servi pro delicto circumferre cogebantur, Plutarchus in Coriolano, & Halicarnasseus lib. VII. describunt. at non eadem erat furca ad quam ligati, & sub ea cæsi per viam ducebantur, deinde collo in eam injecto traducebantur ad supplicium, sed lignum duplex διπλοῦν, vel potius διπροῦν, quo media parte collo inserto vincitur cervix rei, ut Plutarchus, Suidas, & Zonaras tradunt. Cicero: *Servus per Circum, cum virgis cæderetur, Furcam ferens ductus est.* Livius: *Servum quidam paterfamilias nondum commisso spectaculo*

culo, sub [a] *furca cæsum, medio egerat circo.* Suetonius in Nerone: *More majorum nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus ad necem cædi.* Aurelius Victor: *Senatus sententia constitutum, ut more majorum collo in furcam conjecto, virgis ad necem cæderetur.* Habena autem cædi servos solitos ex [b] Vlpiano constat, & ex Horatii versu lib. II. Epistol.

In scalis latuit metuens pendentis habenæ.

Erant præterea servi *vinarii, errones, vespertiliones, plagiarii, insularii, servi pœnæ, literati, veteratores, & novitii.* VINARIOS [c] Vlpianus in Ædilitio vocat, servos vino deditos: *Item aleatores*, inquit, *& vinarios non contineri edicto quosdam respondisse, Pomponius*

a *Vide Cujacium lib.* 16. *cap.* 1. *Observation. Petrum Fabrum cap.* 8. *lib.* 11. *Semestrium, & Lipsium lib.* 3. *cap.* 1. *& 3. de Cruce.* b *Leg.* 1. §. *impuberi. ff. de S. C. Silaniano.* c *Leg.* 4. §. 2. *ff. de ædilit. edict.*

ponius ait. Et paullo post: [a] *Quod deterior factus est servus, non solum ad corpus, sed etiam ad animi vitia referendum est. utputa si imitatione conservorum apud emptorem talis factus est: aleator forte, vel vinarius, vel erro evasit.*

ERRONES servi dicuntur, qui non quidem fugiunt, *sed frequenter sine caussa vagantur, & tempore in res nugatorias comsumpto, serius domum redeunt*; & differunt à fugitivis; quod fugitivi eo animo fugiunt, ut non redeant; leviusque est erronis, quam fugitivi vitium. Vnde [b] Labeo definit erronem *pusillum fugitivum esse*; & ideo *fugitivum, & erronem non secundum propositionem mentis solam, sed cum aliquo facto intelligi* [d] *constat.* Et [e] Arrius: *Erro*, inquit, *in servo est, ut emansor in mili-*

a *Leg.* 25 §. *Tedius eod. tit.* b *Leg.* 4 § 2. *ff. de ædilit edict.* c *Leg.* 25. §. *Tedius. ff. eod. tit.* d *leg.* 17. §. *erronem, ff. eod. tit.* e *loco citato.* f *leg.* 225. *ff. de verb. signif.* g *leg.* 4 §. 14. *ff. de re milit.*

militibus. [a] *Emptor autem servorum errones non esse, aut noxa solutos repromitti sibi recte postulat.*

VESPERTILIONEM servum [b] Alciatus esse putat decoctorem, aut rationum conturbatorem in stipulatione evictionis, qua jubet Prætor caveri servum venditum furem non esse, vespertilionem non esse; eo quod servis peculium plerumque concedebatur, in quo fraudare creditores poterant. Budæus per vespertilionem intelligit, *qui interdiu exiliter videt*, & vesperi justam aciem habet. Mihi verspertiliones servi videntur esse, qui interdiu latitant, & nihil agunt, noctu vero oberrant, ut nullum usum dominis præstent; qua ratione Varro in Agathone locutus:

Quid multa? factus sum vespertilio, neque

In

a *Leg.* 14. *Cod. de act. empti.* b *Lib. priorib. Parergôn.*

In muribus plane, neque in volucribus sum.

Nonius videtur sic eos appellasse, qui dubiæ sunt fidei; quia vespertilio nec inter mures sit, nec inter volucres, ut auctor est [a] Plinius; aversanturque eam aves tamquam quadrupedem, & quadrupedes tanquam volucrem. Artemidorus libro III. tradit, *& sic fures, atque adulteros appellari posse*, quoniam, ut ait Catullus,

Luce latent fures. ——

Quem vero Vlpianus *vespertilionem*, Plautus *tenebricolam* vocat, Varro *tenebrionem*, *lucifugam* Lucilius. Aristophanes in Nubibus, Chærephonti Socratico inditum *Nycteridis*, id est vespertilionis nomen refert, quia atro colore esset, & tenuissimam vocem haberet. Basilius Hexameron ad philosophos id trahit, qui hebetibus oculis cælestia con-

a *Lib.* 10. *cap* 61.

contemplantur, cæcutientes in rebus ſeriis, quod animal id interdiu parum videat. Veſpertiliones per tranſlationem dicuntur etiam debitores, qui ære alieno obruti metu creditorum, interdiu domi deliteſcunt, noctu tantum prodeuntes.

[a] PLAGIARIVS ſervus mancipiorum ſuppreſſor, quem Tertullianus libro primo adverſus Marcionem *plagiatorem vocat*, qui ſervo, aut ſervæ perſuadet, ut à domino, dominave fugiat; vel eum eamve invito, vel inſciente domino celat, vinctum habet, emit, vel vendit. Plagiarius etiam dicitur, [b] *qui ſciens liberum hominem vendit*, in ſervitutem trahit, aut eo utitur quaſi ſervo: & qui ſervos alienos ſupprimit. Auctor Etymologici: Ἀνδραποδιστὴς δ' ὁ μόνον ὁ τὸν ἐλευθέρας ἀπάγων εἰς δουλίαν,

a *Leg.* 17. §. 7. *ff. de ædilitio edicto. leg.* 52. §. 12. *ff. de furtis. leg.* 8. *Cod. de repud.* b *Leg.* 2. *C. ubi. de crim. agi oportet. lib.* 5. §. *qui defenſ. ff. de re milit. l.* 1. *Cod. ad leg Fab. de plagiar.*

λίαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τὰς δέλτους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν. In tabernis vero versabantur servi plagiarii, ut Festus ait, & alii humilis conditionis viri, ac mulieres.

INSVLARIVS servus custos insulæ; sive domus in urbe ab aliis domibus sejunctæ more insularum. Insula enim ædificium proprio ambitu separatum ab aliis. Tacitus: *Germania suam quisque domum spacio circumdat, nullis cohærentibus ædificiis, more insularum.* [a] Pomponius: *Dominus*, inquit, *proprietatis, etiam invito usufructuario, vel usuario, fundum, vel ædes, per saltuarium, vel insularium custodire potest.* Insularium urbanorum numero esse idem [b] Pomponius tradit: *Vrbana familia, & rustica non loco, sed genere distinguitur: potest enim aliquis dispensator non esse urbanorum servorum numero, veluti is qui rusticorum*

a *Leg.* 16 *§.* 1. *ff. de usu. & habit.* b *Leg. Vrbana familia de verb. signif.*

rum rationes dispenset, ibique habitet; & non multum abest à villico. Insularius autem urbanorum numero est. Insularii etiam dicuntur viles servi ac pessimi, [a] *qui sine civitate sunt in opus publicum perpetuo dati, & in insulam deportati.* Deportationem in insulam significat Seneca: *Magis ignosco ei, qui vulnus inimici, quam qui insulam concupiscit.* Sunt qui servos insularios putent indicatos in carmine obscœno his versibus:

Ductor ferreus insularis, æque
Lucernæ videor fricare cornu.

[b] SERVI POENÆ dicuntur, *qui in metallum, & in opus metalli,* vel qua alia pœna damnantur, quæ corporis laborem, & servitutem irrogat: veluti *qui in metallicorum ministerium, ad ludum, ad bestias, in opus*

a *Leg.* 17. *ff. de pœnis.* b *Leg.* 12. *l.* 17. *l.* 36. *ff. eodem. l.* 25. §. *si quis plane. ff. de acq. hæred. leg* 7. *ff. de his qui sunt sui vel alien.*

opus publicum damnantur; qui pœnæ magis, quam Cæsaris, & fisci servi sunt. Marcianus: *Quidam sunt servi pœnæ, ut in metallum damnati, & in opus metalli. Atque hi quidem vel in perpetuum, vel ad tempus damnari solent, qui in omni jure vere, ac semper similes sunt mortuis.* Servam etiam pœnæ mulierem factam, quæ vel in opus salinarum, vel in ministerium metallicorum damnabatur, [a] Vlpianus tradit: *In ministerium*, inquit, *metallicorum fœminæ in perpetuum, vel ad tempus damnari solent, simili modo, & in salinas. Et siquidem in perpetuum fuerint damnatæ, quasi servi pœnæ constituuntur.* Nam hujusmodi etiam pœnis, quæ servitutem irrogarent, adfici mulieres consueverant: quam tamen servitutis pœnam Justinianus postea Novella XII. abrogavit.

H LITE-

a *Leg. 8. §. in ministerium. ff de pœn. l. 6. ff. de statu liber. l. 6. ff. de captis & postlim.*

LITERATVM ſervum in Caſina Plauti pro ſtigmatico accipiunt, qui literarum notis ſit inuſtus:

Si hic literatus me ſinat.

Nam veteres ſervorum ſuorum frontes, ſi quid gravius deliquiſſent, pœnæ nomine, aut literis, aut aliis quibusdam notis per ignominiam ardenti ferro inurebant: poſt inuſtionem autem, quo magis eminerent literæ, & præberent ſe lectui, atramentum infundebatur, ut ex Zonara, & Petronio conſtat. Vnde Juvenalis: lib. XIV.

Tum felix, quoties aliquis tortore vocato
Vritur, ardenti duo propter lintea ferro.

Et apud Plautum Sceparnio ſolus, deſtitutus, & animi anxius ait in Rudente. act. II. ſc. V.

Nempe

Nempe optimo me jure in vinclis enicet
Magistratus, si quis me hanc habere viderit.
Nam hæc literata est, ab se cantat cuja sit.

Valerius Maximus lib. VI. cap. VIII. *Servus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpugnabilique literarum notæ per summam oris contumeliam inustus.* Quare στιγματίαι vocabantur. Lucianus, Πῦ γὰρ ἐγὼ στιγματίας ἐξηνόμην; Vnde stigmatici servi, teste Polluce, *notis compuncti* appellantur, quos Plinius *inscriptos vultus* vocat: *At nunc*, inquit, *eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent.* Et Cajus de iisdem: *Aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt.* Ad hos literatos servos respexit D. Augustinus in epistola ad Galatas, cum ait: *Stigmata dicuntur notæ quædam pœnarum servilium; ut si quis,*

verbi gratia, servus in compedibus fuerit propter noxam, id est, propter culpam, vel hujusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur: & ideo in jure manumissionis, inferioris est ordinis. Isidorus libro IX. Originum: *Propter suppliciorum notas, quas manifeste perpessi sunt, ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt.* Tertullianus in libro de Resurrectione carnis: *Oro te, si famulum tuum libertate mutaveris, & vestis albæ nitore, quia eadem caro, atque anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & stigmatibus obnoxiæ retro fuerant.* Diogenes Laërtius de Bionis patre ante servo lib. IV: Ἔχων δὲ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τῆς τοῦ διαστόλου πικρίας σύμβολον. Et Plinius in Panegyrico: *Exanguem, & ferream frontem nequicquam convulnerandum præbeant punctis; & notas suas rideant.* à qua inhumanitate revocat Phocylides:

Στίγματα μὴ γράψῃς, ἐπονειδίζων διεφθαρμένα.

Nostra

Noſtra ætate noxiis quibusdam, notas ferro inuri conſpicimus.

VETERATOR ſervus, qui diuturna, & multiplici ſervitutę aſtutus, & vafer evaſit; unde *veteratores*, ut Feſtus ait, *callidi* dicti à multa rerum gerendarum vetuſtate. Cannius:

Mulieri non aſtutæ facile veterator perſuaſit.

Terentius in Andria, actu. II. ſc. VI.

——— *Quid hic volt veterator ſibi?*

Veterator apud [a] Vlpianum idem eſt qui & veteranus: & apud Marcianum: *Si tamen novicia mancipia fuerint, non etiam veterana.* [b] *Trita vero mancipia, & veterana, quæ reformare difficile eſſe* Vlpianus ait, noviciis opponuntur: *Præcipiunt*, inquit, *ædiles ne veterator pro novicio veneat: nam plerique ſolent mancipia*

a *Leg. ult. §. quotiens. ff. de publ. & veſtig. Leg. 37. ff. de ædil. ed.*

quæ novicia non sunt, quasi novicia distrahere, ad hoc ut pluris vendant. præsumptum est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, & dociliora, & ad omne ministerium habilia. [a] *Sunt autem veterana, quæ in urbe, non in agro anno continuo servierunt:* nam rustici servi veterani non dicuntur. *novicia intelliguntur, quæ annum nondum servierunt,* [b] *quotiens quis professus non fuerit, in commissi pœna est.* Veterani vero non tam spatio serviendi, quam genere, causa, & conditione servitutis æstimantur. [c] Venuleius: *Servus tam veterator, quam novicius dici potest. sed veteratorem non tam spatio serviendi quam genere & causa æstimandum Cælius ait. nam quicunque ex venalicio noviciorum emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum veteratorum numero esse: novicium autem non tirocinio animi, sed conditione*

a *Leg. ult. §. quotiens. ff. de public. & vectigal.*
b *leg. ult. ff. eod.* c *Leg. ult. §. ult. ff. de ædilit. edict.*

tione servitutis intelligi. De noviciis Cicero in Pisonem: *Iamne vides bellua, jamne sentis quæ sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse consulem.* Et Terentius in Eunucho:

Abducit secum ancillas: paucæ,
quæ circum illam essent, manent
Novitiæ Puellæ. ——

CATASTI servi dicti à catasta, id est loco, in quo venalitii servi asservabantur. Illic quoniam magnus erat servorum strepitus, ait Martialis lib. IX. Eprigr. XXIX.

Heu quæ lingua silet, non illam mille
cataſtæ
Vincebant. ——

De his idem lib. XII: Epigr. LXXIV.

Cum tibi Niliacus portet cryſtalla
cataſtus.

Catullus:

Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

GYPSATOS vocat ſervos, quorum pedes creta denotati. Ovidius:

Deſpice gypſati nomen inane pedis.

Hinc Plinius lib. XXXV. cap. XVII. ait: *Eſt & viliſſima creta, qua pedes venalium trans mare advectorum denotare inſtituerunt majores.* Et Juvenalis Satyra. I.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

[a] NECESSARIVS ſervus dicitur, qui hæres à domino ſuo inſtitutus eſt, quando non eſt ſolvendo hæreditas. cauſa enim ſervi hæredis inſtituendi eſt, ne poſt mortem domini, creditores illis defraudentur. [b] Vlpianus: *Minori ſubſtitutum ſervum neceſſarium, repudiante quidem hære-*

a. *Leg. facta. §. ult. ff. ad ſenat. Trebel. Leg. 27. ff. de manum. teſtam.* b *Leg. 7. §. 10. ff. de minorib.*

hæreditatem minore, necessarium fore: &, si fuerit restitutus minor, liberum nihilominus remanere. [a] *Contra servum autem necessarium heredem institutum, non datur inofficiosi testamenti querela.*

PILEATI servi, *qui pileo impositio vendebantur, quorum nomine venditor nihil præstaret*, quoniam emptoris oculi jam perciperent, quodnam esset mancipiorum genus. Nam sicut antiquitus mancipia jure belli capta coronis induta venibant, ita pileus impositus demonstrabat ejusmodi conditionis mancipia venundari, quæ insignia essent, ut emptores errare, & capi non possent, ut Gellius ex Sabino refert. Pileati servi etiam dicti, *qui domini funus antecedunt*: nam servi directo manumissi in testamento pileum statim sumere, ac funus præcedere solebant, ut Justinianus

[a] *Leg. fratres. C. de offic. testa. leg. ult. C. de necess. hered. instit.*

Imperator refert. *Qui domini*, inquit, *funus pileati antecedunt, si hoc ex voluntate fiat vel testatoris, vel hæredis, fiant illico cives Romani.* & Dionysius Halicarnasseus lib. VIII: ἔγωγ' ἔν ἐπίσαμαί τινας ἅπασι τοῖς δέλως συγχεχωρηκότας εἶναι ἐλευθέρους μετὰ τὰς ἑαυτῶν τελευτὰς, ἵνα χρηστοὶ καλῶνται νεκροὶ, καὶ πολλοὶ ταῖς κλίναις ἐυτῶν ἑπόμενοι παρακολεθῶσι τὰς πίλας ἐπὶ ταῖς κεφάλαις ἔχοντες. Id est, *Equidem scio quosdam, qui testamento omnes suos servos manumiserunt, ut post mortem boni audirent, & multi lectulos eorum ferales prosequerentur pileati.* Vnde ad hunc ritum Livius respiciens tradit. *Q. Terentium Culleonem, qui à Scipione servitio erat exemptus, adeo amicum Corneliæ familiæ fuisse, ut pileatus, sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum Scipionis iverit.* Ad pileum servi vocati, qui ad libertatem vocabantur. Suetonius in Tiberio: *Servisque ad pileum frustra vocatis,*

a *Leg. 1. c. de lat. libert. tol.*

vocatis, in Siciliam profugit. Nam pileus signum libertatis.

PERENNIS servus est, qui perpetuo servit uni domino. Plautus Persa:

Perenni serve, lurco, edax, furax.

Sed quamvis servi dura & gravi servitute premerentur, tamen quædam animorum relaxatio illis concessa erat; & sine discrimine cum dominis colludere, ac festos dies agere solebant. Seneca epist. XLVII. *Instituerunt diem festum, non quo solum cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, jus dicere permiserunt, & domum pusillam rempublicam esse judicaverunt.* Erat vero servorum dies festus Eidibus Augusti, quod eo die Servius Tullius Rex natus sit, serva, ut Festus scribit. [a] Et Saturnalibus servi usuariam quandam libertatem assumemebant; & ut ipsi dominis toto

a *Vide Lipsium lib. I. cap. 2. Satur. Sermon.*

anno, sic hoc die domini servis suis ministrabant. Ausonius de Feriis Romanis:

Visne Opis ante sacrum, vel Saturnalia dicam;
Festaque servorum, cum famulantur heri?

Sedebant quoque ad dominicam mensam dominis præministrantibus, ut Athenæus libro XIV. Dipnosoph. refert. Vnde Attij versus:

Exercent epulas læti, famulosque procurant
Quisque suos.

Cum quibus & vestem commutabant, ut Dio lib. LVIII. auctor est; ut hac comitate obstricti, in dominos obsequiis paratiores essent, odiaque invicem, offensionesque dimitterent. Nam, ut D. Hieronymus ad Celantiam scribit, *Fidelius*, inquit, *& gratius semper obsequium est quod*

quod ab amore quam quod à metu proficiscitur.

ATQVE hæc quidem habui, quæ de operis servorum dicerem : de quibus multo plura adduci potuisse auctorum testimonia non ignoro : de iis certe, quæcunque libris nostris continentur, ea à me in hunc librum fere omnia conjecta esse credo.

INDEX AVCTORVM.

A

Acron.
Ælianus.
Æmilius Probus.
Afranius.
Alfenus.
D. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Appianus Alexandrinus.
Apuleius.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Athenæus.
D. Auguſtinus.
Auſonius.

B

Baſilius.
Briſſonius.
Budæus.

C

Cælius.
Cæſar (Iulius)
Capitolinus.
Caſſiodorus.
Cato.
Catullus.
Celſus.
Cicero.
Codex Theodoſianus.
Columella.
Curius Fortunatius.

D

Dio.
Diogenes Laërtius.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Donatus.
Duris Samius.

E

Epiphanius.
Euſebius.

F

Faber (Petrus)
Feſtus.
Frontinus.

G

Gellius.
Gloſſarium vetus.

Hero-

H

Herodianus.
Herodotus.
Heſychius.
D. Hieronymus.
Horatius.

I

Inſcriptio Patavina.
—— Vetus Romæ.
—— Veronenſis.
Irenæus.
Iſidorus.
Iuſtinianus Imperator.
Iuvenalis.
Iulius Firmicus.
Iuſtinus.

K

Kirchmannus.

L

Labeo.
Lampridius.
Lapis Romanus.
Liber Regum.
Lipſius.
Livius.
Lucianus.
Lucilius.

M

Macrobius.
Marcianus.
Martialis.
Meurſius. (Ioannes)
Modeſtinus.
Muretus.

N

Nævius.
Nicephorus.
Nonius.

O

Ovidius.

P

Pædianus.
Papinianus.
Paulus I. C.
Petronius.
Plautus.
Plinius major.
Plinius minor.
Plutarchus.
Porphyrius.
Pollio.
Pollux (Iulius)
Pomponius.
Procopius.
Propertius.

Q

Quintilianus.

Salvia-

S

Salvianus.
Scævola.
Seneca.
Septimius Florens.
Servius.
Servius Sulpitius apud Ciceronem.
Sextus Pompeius.
Sidonius.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Syneſius.

T

Tacitus.
Theophilus.
Terentius.
Tertullianus.
Tibullus.
Titinius.
Tribonianus.
Turnebus.

V

Valerius Maximas
Varro.
Vegetius.
Velleius Paterculus.
Venuleius.
Victor.
Virgilius.
Vitruvius.
Vlpianus.
Vopiſcus.

X

Xenophon.

Z

Zonaras.

VARIA SERVORVM OFFICIA ET MINISTERIA.

A

AB ephemeride servi. 73
Ab epistolis servi. ibid.
A libellis servi. ibid.
A manu servus. 72
A pedibus servi. 88
Accensi, servi publici. 9
Actores servi. 17
Ad baculum servus. 97
Ad cyathos servus. 110
Ad limina servus. 37
Ad manum servus. 72
Admissionales servi. 122
Ad pedes servi. 107
Ad pileum vocati. 178
Ad pocula servus. 110
Adscriptitius servus. 153
Adversitores servi. 80
Agasones servi. 99
Amanuenses servi. 72
Analectæ servi. 109
Anteambulones servi. 77

Appa-

Apparitores servi publici. 7
Aquarii servi. 105
Aratores servi. 132
Arcarii servi. 53
Arenarii servi. 150
Armigeri servi. 82
Assectæ servi. *ibid.*
Atriarii servi. 38
Atrienses servi. 36
Aucupes servi. 101

B

Balneatores servi. 143
Brutiani, servi publici. 110

C

Calatores, servi publici. 75
Calculatores servi. 66
Calones servi. 83
Capsarii servi. 52
Carptores servi. 117
Catasti servi. 175
Cellarius servus. 21
Cheironomontes. 118
Coci servi. 123
Comites servi. 77. 78
Compediti servi. 147
Conturbatorus servi. 28
Corneliani, servi publici. 10
Cubicularius servus. 33
Cursores servi. 86
Cyprii, servi publici. 10

D

Damnigeruli servi. 85
Diætarii servi. 103
Diribitores servi. 117
Dispensator servus. 21
Dotalis servus. 152

E

Emissarii servi. 59
Erro servus. 163
Exactores servi. 58

F

Fabri servi. 35
Focarii servi. 143
Fornacarius servus. 142
Fornacator servus. ibid.
Fructuarius servus. 154
Fugitivus servus. 155
Fugitivarius. 158
Fullones servi. 90
Furciferi servi. 159

G

Gypsati servi. 176

H

Helciarii servi. 151
Histriones servi. 64
Hostiarii servi. 133

I

Insularii servi. 167
Iunctor servus. 88

Lecti-

L

Lecticarii servi. 43
Librarii servi. 67
Lictores, servi publici. 8. 9
Linteones servi. 89
Literatus servus. 170

M

Mediastini servi. 14. 130
Medici servi. 31
Ministratores servi. 120
Molitores servi. 120
Muliones servi. 98

N

Necessarius servus. 176
Negotiatores servi. 27
Nomenculatores servi. 60
Notarii servi. 70
Nutricii servi. 29

O

Obsonatores servi. 114
Obviatores servi. 81
Opiliones servi. 97
Ordinarii servi. 13
Originarii servi. 154
Ornatrices. 56
Ostiarii. 133

P

Pastores servi. 96
Peculiaris servus. 49
Peculiatus servus. 43

Peniculi ſervi. 139
Perennis ſervus. 179
Pileati ſervi. 177
Pincernæ. 110
Piſcatores ſervi. 101
Piſtores ſervi. 123. 128
Plagiarius ſervus. 166
Pocillatores ſervi. 110
Pœnæ ſervi. 168
Pollinctor ſervus. 49
Porciani, ſervi publici. 10
Prægustator ſervus. 112
Privati ſervi. 11
Procurator ſervus. 19
Publici ſervi. 5

Q

Quales qualis ſervus 14

R

Receptitius ſervus. 151

S

Saccularii ſervi. 54
Saltuarius ſervus. 99
Salutigeruli ſervi. 85
Sandaligeri ſervi. 86
Sandaligerulæ. 86
Sarcinator ſervus. 92
Sciſſores ſervi. 117
Scoparii ſervi. 138
Scribæ, ſervi publici. 9
Scrutatores ſervi. 123

Silen-

Silentiarii servi. 31
Structores servi. 116
Structores varii. *ibid.*
Symphoniaci servi. 64

T

Tabellarius servus. 73
Textores servi. 89
Tonsores servi. 57
Topiarii servi. 93
Triumphalis servus. 39

V

Venatores servi. 100
Vespertiliones servi. 164
Vestigatores servi. 102
Vestispici servi. 55
Veterator. 173
Viatores, servi publici. 10
Vicarius servus. 14. 40
Villicus servus. 33
Vinarius servus. 162
Vinitores servi. 132
Viridarii servi. 95
Unctor servus. 141
Vocatores servi. 121

FINIS.

93-B13132 bound with

L & L. Baskin

1971.

31807

Quarritch. MA.

SUPERIUS
INCOMMUNIA NANT
BUTPA